quibus solvere tenentur ter-
mino elapso ipsis amplius nō
citatis destrahentur plus offe-
renti et ipso termino elapso
tribus subhastationibus præmis-
sis dictas possessiones vendat
plus offerenti, et talis vendi-
tio valeat et teneat et retra-
ctari nō possit contra ave
nobiles vel potentes existen-
tes extra dictam Civitatē
in quocūq. loco habentur pro
Civibus in dicta Civitate et

soluere negligentes eorum datia
et collectas procedant. hoc
modo .vz. quod requirat eos
per eorum litteras ut ea persoluant
non requiratur dicta comi,
natio et si infra terminum
per eos assignandum non sol,
uerint possint de facto coge,
re et arrestare eorum labora,
tores et homines comitatiuos
seu fideles eorum bona et a,
nimalia quecumque et ipsa uen,
dere et distrahere et contra
eos eorum persona et bona pro,
cedere per uiam quamcumque
eis melius uidebitur expe,
dire penando multando
usque in quantitatem uigin,
tiquinque librarum denariorum arre,
stando, detinendo, et car,
cerando ita et taliter quod dicto
comuni sit plenarie satis,
factum et in quocumque casu suf,
ficiat iusta requisitio et de
predictis et quolibet predictorum
eorum emergentibus depen,
dentibus et conexis habeat
plenum arbitrium et omnes pe,
ne per eos apponende appli,
centur ut supra et sufficiant
tres qui fuerint in concordia
non obstante quod alter contra,
dixerit dummodo fuerit requi,
situs. LXij.

Quod artes ci,uitatis in pro,cessionibus corporis xpi et in uigilia assumptionis beate marie debeant procedere infrascripto modo et ad penam contrafacientes

Ad obuiandum rixis et
questionibus que acci,
dere possunt in futurum statu,
erunt et ordinauerunt quod

Consules artium cū eorꝫ iura-
tis et artificibus debeant proce-
dere in procemione officij cor-
poris xp̄i, et in procemione q̄
fieri consueuit in Vigilia S.tæ
Mariæ de mense Augusti et
in alijs processionibus et lo-
cis ubi accedere dicti Cōsules
et artifices deberent infrascri-
pto modo .Vz. q̄ post dnum
Gubernatorem Conseruato-
res et potestatem et alios offi-
ciales cōis debeant immedi-
ate sequi collegiorꝫ dnorꝫ Pi-
ctorꝫ, et literaliū artiū, et la-
bellionū dictæ Ciuitatis cū
eorꝫ cōsulibus et iuratis et
inde per ordinem infrascripti
Consules infrascriptarum artium cū
eorꝫ iuratis sequi debeant
ut infrascripti est .Vz. Consules
et ars mercatorꝫ, Consules
et artis lanæ, Consules et
ars Calsolariorꝫ seu cerdonū,
Consules et ars aromatariorꝫ,
Consules et ars macellariorꝫ,
Consules et ars fabrorum,
Consules et ars pelliciariorꝫ,
Consules et ars sutorum,
Consules et ars bubulcorū,
Consules et ars aurificum,
Consules et ars Pizicariorū,
Consules et ars Carpentariorꝫ,
Consules et ars Molendinariorꝫ,
Cōsules et ars Tabernariorꝫ,
Consules et ars Hospitatorū,
Consules et ars Hortulanorū,
Consules et ars Barbitōsorū,
Consules et ars Vascellariorꝫ,
Consules et ars Tegulariorū,
Consules et ars Marinariorꝫ,
Consules et ars Mulaecteriorꝫ,
Siquis uerò contra p̄dicta
facere presumpserit uel ante-
cederit quinquaginta libris
den. penam ipso facto con-
currat sine aliqua dimi-
nutione et sine aliquo pro-
cessu ab eis tollatur. LXiij.

Quod ciues nostri habitantes cō-tinuo in ciuita-te teneantur sol-uere oīa onera

et factiones quas soluunt hoies loci in quo habitant.

Omnes nri Cives, qui a quinq annis citra continue non habitauere, cu eor familia in Ciuitate Vrbeuetana, et habitauerint in aliquo loco seu Castro nri destrictus qui dicuntur Ciues saluatici, teneantur soluere omnia datia, onera, et seruitia, sicut alij Comitatini, et teneantur ad emendationem damnoru sicut hoies ipsius Castri, et obedire Vicarijs, et Potestatibus Castror, et siquis Comitatinus venerit ad habitandu in Ciuitate non habeatur pro Ciue, quin prius habitauerit in Ciuitate per decenniu cotinue cu tota eius familia, et emerit domos in ea.

Quod uilla sti leonardi et montanea carraiole sit sub iurisdictione et plebenio pineti:

Homines Villę sti leonardi de Montanea et Carraiolę sint de iurisdictione et plebeio Pineti, et cohabitantur per hoies ipsius plebeij, et si quis contradixerit in viginti quinq libris den puniatur. LXV.

Quod nulla persona cogatur seruire nisi per libram:

Nulla persona Ciuitatis uel Comitatus cogatur facere uel possit cogi ad faciendū aliquod seruitium solutionem pagamenti uel mutuum nisi per libram exceptis seruitijs uiarū fontiū et caualcatarū nec fideiubere nec bona sua obligare exceptis illis qui uocati ēent pro Ambasiatoribus Cōis q cogi possint aut Auctoritate generalis consilij soluto prius et satisfacto debito à cōi cū nemo suis expensis militare cogatur. .LXVI.

De cautione recipien à comitibus et alijs suspectis ne offendant ciue:

Si quis noster Ciuis habet uel habebit aliquem Comitem uicecomitem baronem uel aliā personam suspectam ne eum offendat Potestas ad ipsius nrī Ciuis petitionam teneatur talem compellere ad curandū de non offendendo per fide iussiones et cautiones et side negauerit ctra eū procedere possit donec prdicta fecerit et adimpleuerit. LXVIJ.

Quod pecudinarij extranei caueant d dāno nō faciēdo:

Pecudinarij extranei q uadunt et redeunt ī maritima cum pecudibus suis uel alienis uel cū alijs bestijs anteq intrent territoriū urbis uetē caueant p bonos fideiussores q si bestie ipsorū dānū dederint in bonis hominū Ciuitatis et Comitatus urbis, uete ipsi dānū emendabūt quos fideiussores recipiat in forma iuris ualida Cancellarius Cōis et sinō curaueūt et ipsos fideiussores nō dede,

rint, dnus rei cui fuerit da-
ti dan̄u propria autoritate
possit per se vel aliu quem
voluerit de bestijs dan̄u dan-
tibus capere et in duplu extimationis
seu valoris dan̄i
dati et de dicto dan̄o stetur
iuramento dicti dn̄i vel e-
ius qui dixerit inuenisse di-
ctas bestias dare dan̄um.
.LXviij.

De cautione recipienda à ciuibus euntibus ad officia:-

Si quis noster Ciuis ad aliquod officiu ex co-
mitatum et districtu Vrbisveteris
uocabitur anteq̄ uadat ad ipsu
officiu exercendu in mani-
bus dnorum Conseruatorum dicte Ci-
uitatis teneatur p idoneos fi-
deiussores cautelare et cauere
ipsu officiu bene et legaliter fa-
cere et exercere et si occasio-
ne dicti sui officij cōmune
Vrbeuetanu vel aliqua spe-
cialis persona de dicta Ciuitate
vel Comitatu aliquod dan̄um
substinuerit teneatur tam cō-
mune q̄ speciales personas cō-
seruare inden̄es nisi in abs-
olutione sui officij reportaue-
rit ab eius sindicis. LXIX.

De instrumentis et iuribus cōmunis:-

Instrumenta acta et iura
cōis Vrbeuetani que apud
ecclesiam s.ti Iohannis de platea
custodiebantur stent et ponan-
tur in loco securo et nō humi-
do et magis apto q̄ ibidem cū
pp humiditatem quamplura in-
strumenta fuerint annulla-
ta et p generale cōsiliu dicte
Ciuitatis deputetur locus ido-
neus et fiat inuentariu ex-
pensis cōis de omnibus dictis
instrumentis et ad guberna-
tionem et custodiam ipsorum
instrumentoru et iuriu de-
putetur unus notarius p dnos
Conseruatores et cōsilio duodecim

cim et pro labore impedẽdo ꝑ ipsũ notariũ in portando et reportando et ostendendo qñ expediret cõmuni uel singu-laribus personis habeat quoli-bet mense à dicto cõmuni quatraginta solidos denꝝ et ha-beat unam clauem dicti lo-ci ubi dicta instrumenta po-nentur, et aliam dñi conser-uatores et dictę scripture acta et instrumenta nemini pos-sint ostendi sine pñsentia di-cti notarij et saltim triũ ex dñis Conseruatoribus et di-ctũ officiũ durat per quinquẽ-nium . LXX.

Quatr reqratur plebaria et castra q ueniant ad festũ s. marię de mense augu-sti:-

Per quindecim dies ante festum gloriosę Virginis Marię de mense Augusti dñi Cõser-uatoris et Potestas dictę Ciuita-tis cũ lrĩs et dñi Gubernatoris habeant lrãs ꝑ oĩa pleberia et Castra dicti Comitatus et alia loca pcipiendo cuilibet dictoꝝ pleberioꝝ et Castroꝝ ac locoꝝ ut die Vigilię dicti festi de sero mit-tant ad dictum festũ et deferãt cereos ponderis ad pronũciã ipso-rũ dñoꝝ Cõseruatoꝝ qui pro tem-pore fuerint qui cerei omnes sĩt bonę cerę et saldę et q pro quo-libet pleberio et Castro ueniat unus cereus et cũ cereo sex ho-mines, et si nõ miserint et nõ uenerint in dicto festo quodlibet pleberiũ cõtrafaciens incurrat penam uigintiquinq librar de-narioꝝ et nihilominus infra octo dies post dictũ festũ teneatur pñ-sentare Camerario fabricę ma-ioris ecctię Vrbeuetanę dictũ cereum . LXXI.

Quod Consules et came-rarij artium teneantur in festo corporis xp̃i et s.tę Ma-rię de mense Augusti offerre

cereos et de pena contra facien̄

Consules et Camerarij artium dicte Ciuitatis annuatim in festo Corporis xpi faciant cereos. vz. unū pro qualibet arte ponderis ad uoluntatem dnoꝝ Conseruatorꝫ dicte Ciuitatis et portetur accensus in dicto festo post corpus xpi in processione et similiter omnes alij iurati ipsaꝝ artium portent cereos accensos et finita processione in introitu ecclesie s.te Marie dicti cerei assignentur Camerario fabrice dicte ecclesie pro dicta ecclesia Et similiter in vigilia festi s.te marie de mense Augusti dicti Cōsules faciant alios cereos ad uoluntatē ipsoꝝ dnoꝝ Cōseruatorꝫ et nō accendantur sed offerantur integri Camerario dicte fabrice. Artisque tn̄ in dicto festo portent facculas accensas et ipsas dimittant et penes dictū Camerariū finita processione et Consules et camerarij contrafacientes in predictis penam vigintiquinque libraꝝ den. incurrant et nihilominus post octo dies cereos pdictos assignare teneantur dicto Camerario.

De represalijs concedendis. LXXij.

Represalie nō possint alicui concedi nisi per Cōsilia dicte Ciuitatis aut Societatem Sabentia cū consensu dnī Gubernatoris et aliter concedi non possint.

LXXiij.

Quod dnī Conseruatores in primo generali cōsilio faciant propositā de tenutis comunis recuperādis.

Cum multe comunantie dicti comunis et tenimenta per guerras et partialitates ipsius Ciuitatis occupate fuerint in maximū danū et preiudiciū dicti cōis ordinamus q Cōseruatores pro tempore existentes in quolibet primo generali cōsilio fiendo tempore eoꝝ cōseruatores teneantur proponere dicto cōsilio de modo et forma adibendis in recuperando ipsas tenutas et quicquid reformatū fuerit in pdictis q cedat

in utilitatem cois proptesis recuperandis dicti dni Coseruatoris tene-antur exequi et si in predictis dicti dni Coseruatores fuerint negligentes incurrant penā uigintiquinq librarum den et proponere q cu Castru Sti Viti de Montanea sit pro maiori parte dirutu habeatur pecunia pro ipso reficiendo.

Quod Comitatini uenientes ad Ciuitatem nō possint capi. LXXIIIJ

Comitatini et destrictuales Ciuitatis nrē Vrbeuetanē accedentes ad ipsa Ciuitatem rōne uel alia causa uendendi uel emendi diebus Veneris Sabbati et die Dominico nō possint capi uel arrestari uel aliqua exequutio fieri in ipsa Ciuitate uel burgis, uel in uia qn redirent pro aliquo datio seu debito uel subsidio uel imposita cois sed libere et secure possint accedere uel recedere dictis diebus ad penā quinquaginta librarum den pro quolibet cōtrafacientium exceptis illis qui essent condemnati pro aliquo maleficio qui pro dicta causa possint capi. LXXV.

De arte hospitatorum

Hospitatores teneantur et debeant eorum artem fideliter exercere et omnes res eis cōsignatas per hospites teneantur fideliter consignare et restituere absq aliqua exceptione et de furto teneantur si sublate essent modo aliquo tn hospitatoris res et bona eis cōsignata uel in hospitio immissa retinere possint donec eis fuerit satisfactu de eorum debita mercede et subuentione quā hospitij causa recipere deberent ab illis qui immisissent uel cōsignassent. LXXVI.

Quod nullus habeat officium qui datia et banna coi Vrbeuetano nō prestat.

Nullus Ciuis Comitatinus uel incola habere possit aliquā dominationem in Ciuitate et Comitatu qui nō soluerit ad datia et banna et collias cu alijs

nostris Ciuibus si Ciuis fuerit vel
cum alijs hominibus illius Castri vel
ville. lxxvij.

De pena bestiarum pa-
scuantium in agro Vr-
beuetano.

Cum per antiquas reforma-
tiones et ordinamenta
dicti cōis ātis fuerit sollēniterre-
formatū et per scripta app^{ta}:
et presertim Nicholai pp quinti
approbatū et in libro reforma-
tionū S Johānis pirato de Pa-
dua Cācellarij dicti Cōis la-
tius cōtinetur. Volumus et
presentiū tenorē in quātū opus
sit denouo statuimus et de-
cernimus q nullus forensis
cuius cumque gradus ordinis
et cōditionis existat audeat
possit siue debeat immittere
seu tenere aut pascuare seu
pascuari facere nisi sint be-
stie transeuntes prout in sta-
tuto gabelle pedagij de bestijs
trāseuntibus determinatur.
Aliquod genus bestiarum grossarum
siue minutarum in territorio
siue tenimento dicte Ciuita-
tis Vrbisueteris ad penā quinque
librarum denariorum monete currentis
in dicta Ciuitate pro qualibet
bestia grossa et quinquagin-
ta librarum denariorum predicte mone-
te pro quolibet centenario be-
stiarum pecudinarum et caprinarum
et solidorum viginti pro quolibet
porco in quas penas incurrat
quilibet forensis cōtrafaciens
camere dicti cōis applicandis
et nihilhominus dicte bestie stare
non possint in dictis pascuis
et soluta pena et cuilibet re-
pertienti dictas bestias foren-
ses stare a pascuare in dicto
tenimento Vrbeuetano in
fortiam dicti Cōis liceat con-
ducere et habeat quartā par-
tem dictarum penarum et dnus Po-
testas dicte Ciuitatis qui pro
tempore fuerit teneatur facere
aut fieri facere debitā et ex-
peditam exequutionē et habe-
at solidū unū denariorum pro qua-
libet libra denariorum quos fecerit in-
trare in dicto cōi et nihilhominus
dicte bestie teneantur ad solu-
tionem pedagij in forma sta-
tutorum ipsius Pedagij et forenses

intelligantur omnes illi qui nō
habitant in hac Civitate vel
Comitatu et per quos stat quo,
minus inhabitent licet aliter
dici possint Cives et qui nō sub,
sistent nec faciant onera et
factiones cū dicta Civitate sal,
vis et reservatis omnibus sta,
tutis et ordinamentis sup dictā
gabellam pedagij alias factis
huic tn̄ statuto nō obstantibus
et addentes et forenses in Ter,
ritorio et districtu Urbevetan,
no aliquid possiderent. Ci,
ves aūt dictę Civitatis Urbis,
veteris tam oriundi q̄ ex decreto
facti habitantes familiariter cū
tota eorū familia in dicta Civitate
vel comitatu eius possint tene,
re et pasturare in dicto tenimēto
Urbevetano de bestijs eorū pro,
prijs vera proprietate vel in so,
cita vera et nō facta societate
cōductis pro quolibet centinario
libr seu allibratus. vz. terrarū
et vinearū cultarū viginti quinq
bestias grossas sup annū et cen,
tū minutas et pro quolibet cē,
tinario libre seu allibratus
terrarū incultivarū et sylvarū
tenere possit bestias quinqua,
ginta supra annū grossas et
ducentū bestias minutas. Et
hec intelligatur de illis Civibus
qui habent libram de centum
libris et abinde supra, et quili,
bet civis qui nō haberet librā
vel si haberet nō ascēderet ad
sūmā centū librarū vel abinde
infra possit tenere et pastu,
rare in dicto tenimento pro
quolibet capite hoīs à quatuor,
decim annis supra bestias gros,
sas et minutas sicuti tenere
possint Cives habentes librā
à centū libris supra pro quolibz
centinario libre et comitatē,
ses possint tenere et pro quo,
libet capite hoīs à quatuorde,
cim annis supra bestias vigīti
baccinas supra annū et ducen,
tū bestias minutas, et ultra
predictas quantitates tam Ci,
ves q̄ comitatenses possint
tenere pro quolibet pari boum
actualiter in pdicto tenimē,
to bestias quatuor pravas pi,
as proprias vel in vera soci,
ta cōductos ad pasturādum
in dicto tenimento. Et intel,

64v

ligatur Ciuis factus ex decreto et
comitatensis huius Ciuitatis q
fuerit in ipsa Ciuitate uel Comi-
tatu per decenniū continuū cum
eius familia et de cōtinuando
habitationem toto tempore ui-
te sue idonee satis dederit et
fecerit factiones sicut alij Ciues
uel Comitatenses dicte Ciui-
tatis uel comitatus oriundi,
et siquis Ciuis uel comitaten-
sis ut supra inuentus fuerit te-
nere ultra numerū supradi-
ctū bestias grossas aut minu-
tas supra annū dicte bestie
ex nunc sint perdite. Et ca-
mere dicti coīs cōfiscate cen-
seantur seruata diuisione in-
uentoris et cōductoris seu accu-
satoris et officialis exequutionē
facientis cū dicto cōmuni et
dicta gabella pedagij prout su-
pra extitit declaratum. Qui-
cumq̃ aut uenerit ad habitā-
dū familiariter cum tota sua
familia in hac Ciuitate Urbe-
uetana, uel eius comitatu
animo et intentione ibidem
perpetuū domiciliū faciendi
possit conducere et tenere in
dicto tenimento dicte Ciuitatis Ur-
bisuetis proquolibet par bobum quos
secum duxerit, et cū quibus actu-
aliter laborauerit quatuor paria
bestiarum bauinarum ~~indo~~ indomita-
rum dū tñ dictus talis forensis prestite-
rit idoneā et sufficientem cautio-
nem de inhabitando cōtinue di-
ctam Ciuitatem uel Comitatū et
de faciendo et substinēdo cuncta
onera tam tunc imposita q̃ in-
futurum imponēda sua uita du-
rante cū dicta Ciuitate uel Co-
mitatu alioquin humoi bestias
indomitas ullo pacto tener nō
possit sub pena perditionis dearum
bestiarum quas cōtra fōrmam prohi-
bitionē et ordinationē in pr di-
cto tenimento teneret. Hoc tñ ex-
cepto q siquis forensis uel habitus
in dicta Ciuitate uel comitatu
et nō substineris onera et factio-
nes cū dicta Ciuitate uel comi-
tatu fecerit aut fuerit aliquod
laboritiū in dicto tenimento Ur-
beuetano possit cōducer ad pa-
scuandū tres bestias pro uas p
qualibet salma terr quā labora-
uerit in eodem tenimēto. Qui
forensis laboritiū faciens teneatur

et debeat an-

et debeat anteq̃ cõducat dictas be,
stias pecuas in dicto tenimento
ad pascurandũ uenire ad can,
cellariũ dicti cõis ad assignan,
dũ et declarandũ quot salmas
trẽ laborat in dicto tenimento
cũ nõie patroni cuius sint et
loci ubi iacent et posite sint, et
accipere apodissam manu Ca,
cellarij prẽdicti de assignatione
huiusmoi. et sic imposterũ obser,
uetur per quoscunq̃ forenses labo,
rantes et laboratitia accipien,
tes in dicto tenimento Urbeuе,
tano. Quicumq̃ uero cõtrafe,
cisse et in aliquo defraudasse
inuentus fuerit penam perdi,
tionis bestiarũ quas teneret cõ,
tra prẽsentem ordinẽ ipsofacto
incurrat cãmere cõmunis appli,
candarũ, et quilibet possit accusarẽ
et denũtiarẽ et tales bestias in for,
ziam cõis cõducerẽ cuiuscunq̃ et
nõ officialis inuocato suffragio et
habeat ut supra in principio prẽdẽ
rubrice declaratur et Cancel,
larius dicti cõis qui pro tẽpore
fuerit teneatur dictas assigna,
tiones per dictos forenses faciendas
cũ dicta declaratione fideliter

scriberẽ et annotare in quodam
libro ad hoc ut semper cõmode
et clare reperiri et uideri pos,
sit, et pro qualibet apodissa quo
fuerint habere debeat a quo,
cumq̃ assignãte solidos duos de,
nariorũ et nõ ultra que apodissa
dẽt debeat signari et sigillari
paruo sigillo mag:[cor] dnorũ Conser,
uatorũ ac et gabellarij gabelle
pedagij pro temporẽ existentis;
Macellarijs aũt dicte Ciuita,
tis liceat sit impune in dicto te,
nimento tenerẽ quotcunq̃ bestias
uoluerint tam grossas q̃ mi,
nutas cuiuscunq̃ speciei sint
apte ad macellandũ et pro ma,
cellando in ipsa Ciuitate hac tñ
lege seruata q̃ quilibet macel,
larius dicte Ciuitatis qui immit,
terẽ uoluerit aliquam quãtita,
tem bestiarũ ad pascurandũ in
dicto tenimento occasione ma,
cellandi ut supra teneatur et
debeat si illas emerit extra
territorium Urbeuetanũ in,
fra triduũ a die immissionis
bestiarũ ipsarũ in dicto tenimẽ,
to, et in territorio prẽdicto eme,
rit a Ciuibus uel Comitatensibus

aut ab alijs à die emptionis et
traditionis in antea computan=
do camerario cois fideliter
et integre assignar in uero
et integro numero et cũ si=
gnis seu macchijs cũ quibus
signate fuerunt quas omnes
bestias dictus talis macellari=
us nõ possit tener in dicto te=
nimento nisi p unũ annũ
qui annus censeatur esse fi=
nitus in primo die quatra=
gesime cuiuslibet anni. hoc
tñ moderamine seruato q si
tunc de dictis bestijs ut supra
assignatis pro macellando
aliquę superessent de bestijs
minutis usq ad centũ quin=
quaginta, et de bestijs gros=
sis usq ad decem possint ipsi
macellarij impune tenere
ipsas bestias quę modo pre=
dicto superessent et nõ sint
perditę sed ab ipsa quantitate
supra pdicta esse intelli=
gantur Camar dicti Cois cõ=
fiscatas in quocũq numero r=
periantur et q huiõi bestias
occasione macelli emptas et
pro macellando siue sint gros=
sę siue minutę cuiuscũq ge=
neris sint nullo pacto possint
extrahi de territorio dictę ci=
uitatis et cuiuscũq tituli no=
mine uel quacũq de causa
et si extraxerit soluat pro qua=
libet centinario bestiaꝝ mi=
nutaꝝ ducatos decem et pro
qualibet bestia grossa ducatũ
unũ noĩe penę dicto coĩ appli=
cando ultra et pter solutionẽ
debitę gabellę, et hęc pena in=
telligatur cõmitti nisi illas uẽ=
diderit animo et intentione
ulterius nõ faciendi macellũ
quo casu subiaceant legi sicu=
ti alij et infra dictũ annũ ut
supra cõputandũ suprascriptas
bestias macellare teneantur et
de macellatis cũ eisdẽ signis
seu merchis cũ quibus uiuas as=
signauerũt dicto Camerario
cois teneantur et debeant rẽd=
dere rationem et bonũ ac ue=
rũ cõputũ: Insuper quilibet ma=
cellarius macellũ faciẽs eloꝝ di=
ctas bestias quas teneret ad
macellandũ tener possit dimi=
diã partem bestiaꝝ tam grossaꝝ
q minutaꝝ eaꝝ quas tener pot

alius Ciuis pro quolibet centina,
rio libr allibrata uel pro quolibet
capite hois ut declaratur supra
in principio si librã habuerit à
centũ libris supra uel nõ habu,
erit aliquam librã uel si habu,
erit habeat à centũ libris infra
et si aliquis dictorum macellariorum
in aliquo ex prdictis inuẽtus
fuerit cõtrafecisse penã perditi,
onis bestiarum fraudatarum ipso facto
incurrat cãmere dicti cois ir,
remissibiliter applicandarum et qui,
libet possit denũtiare et accusare
et habeat quartã partem pene
et eius nomen secretũ teneatur
et potestas dicte ciuitatis de
prdictis executionẽ faciat et
habeat quartam partem eius
quod puenire fecerit in coi: et
si Ciuis seu Comitatensis dicte
Ciuitatis emerit ab aliquo fo,
rense siue ab eo in societam
acceperit aliquod genus besti,
arum, et illas induxerit in dicto
tenimento Vrbisueteris tenea,
tur et debeat infra terminũ
octo dierum à die immissionis
bestiarum huiusmodi in prdicto tenimẽ,
to in actis numerandorum facere

ueram fidem magcis dnis Cõ,
seruatoribus et gabellarijs ga,
belle padagij dicte Ciuitatis ac
quatuor Ciuibus eligendis à
dictis dnis cõseruatoribus de di,
cta emptione seu societa per
publicũ instrumentũ manu
publici notarij cõfectũ aut per
fidedignos testes oia exceptio,
ne maiores qui dni Cõserua,
tores et gabellarij et quatuor Ci,
ues ut supra electi teneantur
et debeant et ultra prdicta sub,
tiliter inquirere et diligenter
inuestigare de ueritate prdi,
ctarum Emptionis et societe tã p
sacramentũ partiũ prdictarum
q per omnem aliũ modũ pos,
sibilem prout eorum discretioni
melius uidebitur expedire ne
dictũ comune in aliquo defra,
udatur circa prdictis declarã,
tes et statuentes et ordinantes
q nulla societa deinceps fieri
possit ullo pacto p aliquẽ ultra
quinquẽniũ et si dictũ tempus
quinquẽnij excesserit sit nul,
la et inualida et nullius ua,
loris carseatur ipso iure ipsis
et declarãtes q fructus seu fetus

ex ipsis sociitis peruenientur nõ cõputetur in numero so-, ciete pro eo tempore quo durabuat et quicunq̃ defrauda-, uerit dictũ comune in p̃di-, ctis ipso facto cadat in penam quinq̃ librarum den. pro quolibet centinario bestiarum minutarũ et uiginti solidorum pro qualibet bestia porcina cãmere p̃fati cõ-, munis applicãda et quilibet possit accusare et habeat quar-, tam partem dictarum penarum et Potestas exequtionẽ ut supra facere teneatur et habeat quar-, tam partem penarum ut supra et aliarum duarum partiũ una sit cõis altera gabellarij ga-, belle pedagij quarum omniũ et singularum penarum dñi cõ-, seruatores nõ possint alicui cõtrafacientes in p̃dictis aut in aliquo p̃dictorum aliquam gratiã seu taxationẽ uel remissionẽ facere in totũ uel in parte nec alicui licẽtiã dare cõtra p̃dicta ordinamẽta immittendi aliquod genus bestiarum in dicto tenimẽto Vr-, beueteri nec aliquo cõsilio speciali uel generali proponere aut arrengare seu proponi siue arrengari facere uel p̃mittere de aliqua gratia facienda cõ-, trafacientes in totũ uel in parte uel de dãdo licentiã alicui ta ciui q̃ forensi immittendi bestias in dicto tenimento cõ-, tra p̃dicta ordinamenta ad pasturandũ sub pena priua-, tionis omniũ officiorum dicti cõis p decenniũ et quinquaginta librarum den. cãmere cõis appli-, cãdorum et nihilominus totũ illud et quicquid p̃positũ factũ ar-, rengatũ et obtentũ fuerit p̃mis-, sorum occasione nõ ualeat nec teneat ipso iure.

Quod notarius decedens cõmittat abbreui-, aturas suas alicui bono notario. LXXVIIJ.

Notarius decadens cõmittat abreuiaturas suas proto-, colla et scripturas suas alicui bono notario et si nõ cõmiserit cõmittatur per potestatem postq̃ fuerit requisitus alicui bono no-, tario ad uoluntatẽ heredũ defuncti

et si heredes nō reperirentur di-
ctus Potestas teneatur ad volū-
tatem possessoris seu petentis et
dictus notarius possit et valeat
ipsas scripturas trāsumptare et
publicare absq; aliqua auctori-
tatione seu Judiciis decreto, et
ipsa instrumenta sic publicata
valeant et firmiter obseruē-
tur, et indubitata fides adhibe-
atur sicuti proprio originali di-
cti notarij, qui notarius tenea-
tur sollemniter iuramentū prē-
stare in manibus dicti dni
Potestatis de prēdictis instrumē-
tis fideliter faciendis trāsum-
ptandis publicandis et restitu-
endis petenti bona fide et sine
fraude, et si inuenerint aliqđ
instrumentū cācellatū ipsum
nō trāscribat seu exemplet
nisi primo uocetur ille cōtra
quem fuerit instrumentum
vel eius heredes vel fideiusso-
res et notarius qui scripserit
primas scripturas ne fraus cō-
mittatur in protocollis post mor-
tem notarij nomen persone
siue Ciuis vel forensis et nomē
terre sue et cōsules collegij nota-
riorū teneantur vinculo iura-
menti et ad penā viginti-
quinq; librarū denarij infra termi-
nū trium dierū à die obitus cu-
iuslibet notarij si dictus nota-
rius nō habuerit filiū vel ne-
potem vel aliū qui exerceat
artem notarie de familia sigil-
lar et sigillatas deponere di-
ctas scripturas dicti notarij de-
functi apud fidelē hominē pro
heredibus dicti notarij defuncti
cōseruandas donec cōmisse fu-
erint fideli notario ad publicā-
dū ut supra sub dicta pena di-
ctis heredibus si nō assignauerint
et dictus notarius cui cōmisse
fuerint dicte scripture habeat
pro rimatura cuiuslibet instru-
menti notarij defuncti unū so-
lidū pro quolibet anno à die in-
strumenti facti et rogati cōpu-
tando si instrumentū inuene-
rit et si dictū instrumentū pe-
titū nō inuenerit habeat à pe-
tente pro rimatura cuiuslibet
protocolli duos solidos et si dicte
scripture abbruiature seu proto-
colla inuenirentur defectiua
vel in cedulis posita dictus no-

tarius possit extendere in formā comunem nō mutata substantia cōtractus et possint publicari.

Quod ille qui emit res uel gabellas et nō soluit prētiū cogatur ad solutionem. LXXIX.

Si quis emerit aliquam rem seu gabellā à cōi prædicto et nō satisfecerit de prētio teneatur infra terminū unius mensis satisfacere cū effectu ad penā dupli et si qua uenditio donatio uel alienatio fieret de rbus et iuribus cōis ab alia persona q̄ à Sindico cōis habēte speciale mādatū talis rēs uēdita, alienata, aut donata deueniat in cōmune et dictū instrumentū sit nullius ualoris. LXXX.

De illo qui recepit pretium à cōi de aliqua re uel opere faciendo.

Si quis recepit aut recipiet à cōi vrbeuetano uel ab aliqua persona nomine cōis integrā mercedē aut pretiū ut faciat aliquod opus et nō fecerit infra terminū statutū teneatur facere dictū opus suis expensis integre, et id quod accepit de denarios restituere dicto cōi et si partem pretij recepit et nō fecerit opus saltim ascendens ad prētiū receptū simili pena puniatur et denūtiator habeat quartā partem penę et teneatur ei credentia, et hoc locū habeat in præteritis et futuris.

Quod contractus celebrati inter cōmune florentię et cōmune nostrum vrbeuetanū obseruentur. LXXXI.

Omnes et singuli cōtractus facti et fiendi inter cōe florentię ex una parte et cōe vrbisueteris ex alia obseruētur prout scripti sūt uel erūt manu cuiuscūq̄ notarij et maxime manu ser Prudentij et ser Guilielmi et florentini uadant

cedui per Civitatem et destri,
ctu̅ urbis uel sine solutione ali,
cuius gabelle uel pedagij si a̅ flo,
re̅ntinis et eoru̅ iurisdictioni sub,
positis fiet idem et sociden cu̅
quibuscu̅q̅ alijs personis cuius,
cu̅q̅ alterius Civitatis uel terre
observetur cui aliter uel co,
mitatiuo nr̅o no̅ tollatur pa,
dagiu̅ nisi quatenus ex forma
presentiu̅ statutoru̅ permittertur
ad pena̅ centu̅ librar̅ den̅ pro
quolibet co̅trafaciente.

Quicumq̄ operatur ar,, tem teneatur iurare ar,, tem consulibus illius artis. LXXXij.

Quicu̅q̄ operaratur aliquam
artem seu artes iurare te,
neatur co̅sulibus illius artis seu
artiu̅ quam et quas operartur
et cogatur sub co̅sulibus quibus
iurauerit sicuti alij ipsius ar,
tis seu artiu̅ co̅tribuere prorata
exercitij cuilibet dictaru̅ artiu̅
et possit cogi ad matricula̅
dicte artis et teneatur solue,
re omne id et totu̅ quod co̅,
tinetur in statuto dicte artis
pro dicta matricula uel illoru̅ ar,
ti qua̅ magis exercet teneā,
tur generaliter vendere adudu,
nantias et alia necessaria
prout uadu̅t alij iurati dicte
artis et ab alijs co̅sulibus non
possit cogi ad eundu̅ portatu̅
Tinctores, Conciatores, ualcato,
res, et textores pannoru̅ lane
parere et obedire teneantur
co̅sulibus artis lane et haber̅
debeant in co̅sules ipsos co̅sules
artis lane et sm̅ uoluntate̅
ipsoru̅ co̅sulu̅ cogantur si iuxta
ma̅dauerint. Quicu̅q̄ uero
teneret paxettu̅ uel libra̅ tene,
atur iurare mercatoribus et
omnes uendentes pa̅nos ad
minutu̅ in dicta Civitate uel
eius Comitatu uel retaglia,
uerint teneatur co̅tribuere
arti mercatoru̅ et quicu̅q̄
uenderent pa̅nos a porta
maiori usq̄ ad portam pusti,
rula̅ per strata̅ recta̅ in platea
populi et a dicta platea ad
hospitale s.te Marie de stella
per strata̅ soluere et co̅tribuere
teneantur ac iurare ipsam

artem mercatorum: In alijs aut
lis vendentes ad minutu
no teneantur iurare sed te,
neantur cotribuere pro medi,
etate qua solueront iurati di,
cte artis. Et sallarij teneantur
sub Cosulibus artis mercantiu
et omnes et singuli forenses
uenientes in dicta Ciuitate
ad aliqua artem exerce,
des libere uenire possint du,
modo faciant et obseruent
ea que faciunt nri Ciues et
iurati.

Quod no recipiatur aliquid de arte la, ne in pignore LXXXiij.

Nullus possit accipere in
pignore uel in uenditi,
one aliquid quod ptineat ad
artem lane sine uoluntate do,
mini cuius fuerit sub pena
decem librarum den. Et ni,
hillominus restituat quod accepit
et Pocesbus teneantur de pre,
dictis inquirere ad uolunta,
te dni rei et nihillominus tene,
atur talem rem recipiens
eam restituat domino rei si,
ne aliquo prtio uel merce,
de.

De modo procedendi in causis Ciuilibus et ordine.

·I·

Ad ordinate uiuendū et ꝑlixitatem litiū amputandū necessario sanciuit R.P. Jura dictarunt, ciuilibus institutionibus, et priorū decretis monemur, plebiscitaq illustriū Ciuitatum ordinate uiuentiū imitamur et sacre can: sanctiones præcipiunt cohortantur; et unanimis ciuiū et pleberiorū auida uoluntas in Ciuilibus litibus et causis in futurū mouenđ inter Ciues comitatiuos Incolas, et accolas huius inclitæ Ciuitatis Vrbeuetanæ limitato tempore dirimenđ ordo daretur, cupientes sapientiū curas in quātū possumus. R.P. proficere et nihil utiliter et ꝓ eo imperfectū relinquere: Aduertentes ad manutentionem et obseruationem R.P. Ciuitatis Vrbisueteris, uigili cura et mētis oculis uacantes. Infrascripta statuta, decreta, et ordinamenta sæpe reuoluta et diu excogitata Imposterū ꝓ statutis decretis, et ordinamētis causarū Ciuiliū obseruanda statuimus, ordinamus, et compilamus, et decernimus Infrascripta statuta ordinamēta atq decreta Quę pro statutis decretis et ordinamētis et legibus municipalibus in modo et ordine procedenđ haberi uolumus et mādamus. ~

De productione Mandatorū et legitimatione personarum .. ·II·

Cum in omni Judicio prius de personis est querendū statuimus et ordinamus, quod si quis actor, uel reus ꝑ procuratorem, tutorem, curatorem, actorem, sindicū, uel aliū mādatariū In Judicio comparuerit, teneatur actor producere mādatū suū In prima sua comparitione anteq reus citetur uel saltim in termino citationis facte de reo coram Judice realiter et in publica forma manu publici notarij quod si nō

fecerit, actor pro cōtumacia
habeatur pro illa citatione
tm̄, reo tn̄ citato cōparente
et cōtumaciā ipsius actoris
accusante, et de cetero nō au,
diatur actor, nisi prius r̄fecbi
expensis reo illius cōtuma,
cię: vz. quinq̄ solidos den.:
et intelligatur et mādatū
realiter produci, si produca,
tur instrumentū publicū ta,
lis mandati et in plena for,
ma, siue fiat fides p aliquē
notariū banceę et si nō esset
notarius causę qui diceret
se rogatū de talibus mādatis
et ēt si protocollū ostēderet
uel exhiberet eum: In mā,
datis pro magna parte fun,
detur Judicium ut Reus pos,
sit habere copiam taliū mā,
datorꝫ à notario causę et ta,
le instrumētū uel instrumē,
ta remaneant apud di,
ctū notariū in filça. Siue,
ro pro parte rei aliquis compau,
erit allegans se habere aliquod
mandatū nullatenus audia,
tur nisi prius ipsū mandatū
realr produxerit in ipsa com,
paritione uel infra terminum
competentem arbitrio Judicis
statuen̄ cum nō sit in pote,
state rei qn̄ conueniatur, et nō
pot paratus uenire: Si tn̄ fu,
erit proc.^or actor uel Curator
ad causas constitutus de quo
fuerit rogatus aliquis ex no,
tarijs causarꝫ Ciuilium ex
parte rei, nō teneatur mā,
datū realiter producere sed
sufficiat qd producatur uer,
bo, dūmodo habita fide à
notario cāꝫ Ciuilium dictę
Ciuitatis presentialr existen,
te tunc tpris mandati pro,
ducen̄: et dictus notarius te,
neatur et debeat dictū mā,
datum extendere in actis
in plena, et ualida forma
tam mandatum actoris q̄
rei, et si partes cōsenserint,
Judex statim pronunciet
mandata legitima: Si uero
non consenserint, statuat
Judex terminū ad accipien.
copiam mandatorꝫ hinc in,
de, et ad dicen̄ contra duo,
rꝫ dierū proxime futurorꝫ
à die datę copię expensis

petend, nisi fuerit tutela sive cura, sive actoria, sive sindicatus, contra quas assignetur terminus trium dierū, in quo termino si nihil fuerit oppositum, intelligatur mandatum et personas pro legitimatas sine aliqua pronunciatione. Si vero aliquid esset oppositū quod de iure non obstaret Judex pronūcii, et mandata legitima, sive rò exceptiones viderentur obstantes et altera pars voluerit replicare, habeat terminū duorum dierum proxime futurorum ad accipiend copiam et replicand: Si vero dictę exceptiones, sive replicationes cognitionem et probationem facti habentis impedire mandatū requirerent, statuatur terminus octo dierum ad probandū et probatum habend omnia incumbentia partibus super mandatis, oppositis et replicatis, quatenus tangit, super quibus exceptionibus, et replicationibus teneatur, et debeat Judex pronunciare infra quatuor dies post lapsū dictorum terminorum proxime sequend, mandata fore, vel non fore legitima. si vero cognitionem Juris exceptiones oppositę contra mandatū requirerent; tunc Judex teneatur pronunciare super mandatis infra duos dies proxime sequend, et condemnare partem non producentem legitimū mandatū in expensis Victori: quas taxatas faciat resarcire, et refici cum effectu, et omnes termini impediti in quibus venit exhibend copia parti, terminus non currat nisi à die datę copię, quam Notarius teneatur dare, et facere expensis petentis infra terminū à Judice statuend; et si notarius fuerit negligēs incidat in pena. xx.ti solidorum pro qualibet vice de facto exigend à dicto notario et applicand in acconcimine Palatij ipsius Potestatis.

De interrogationibus in causis facien ad pre,

paratione[m] litis.

.iii.

Volens agere contra ali,,
quem, et aliquas in,,
terrogationes ad preparatio,,
nem litis mouen[di] fieri facer[e]
per Judicem, super quibus
de iure esset respondendu[m], te,,
neatur illas interrogationes
producere coram Judice p[er] se
uel procuratorem suu[m] seu a,,
liam personam legitimam
et super ipsis Interrogationi,,
bus reum citari facere per
publicu[m] baylum Co[mun]is quat[enus]
prima die Juridica imme,,
diate sequen[ti] compareat p[er],,
sonal[ite]r in Judicio ad respon,,
dendu[m] dictis Interrogatio,,
nibus, et talis ad Judiciu[m] ci,,
tatus habita copia si uoluerit
dictar[um] Interrogationu[m] ad p[re],,
paratione[m] litis mouen[de] produ,,
ctar[um], teneatur et debeat per,,
sonal[ite]r respondere prima die
Juridica immediate sequen[ti],
et ipso citato comparente si qui,,
dem fuerit interrogatus si est
uel uult esse heres alicuius de,,
functi persone debeat respon,,
dere clare eodem die uel se,,
quen[ti], at[que] contra eu[m] possit pro,,
cedi tam[en] contra heredem qui
adiuerit, si dicte interrogatio,,
nes facte fuerint ad petitionem
creditoris hereditatis uel legata,,
rij, si aut[em] facte fuerint ad pe,,
titionem heredis substituti per
defuncti, tali uocato habeatur
pro n[on] adeunte. Si uero petie,,
rit tempus ad deliberan[dum], an
uelit esse heres habeat termi,,
nu[m] peremptoriu[m] triginta di,,
eru[m] continuor[um] et n[on] plurium,
quam deliberationem infra
dictu[m] terminu[m] facere tene,,
atur in Judicio altera parte
p[rese]nte, uel saltim personal[ite]r uel
domi citata, de qua delibera,,
tione appareat publica scri,,
ptura manu notarij Bance
causar[um] Ciuiliu[m], Quod si in,,
fra dictu[m] terminu[m] n[on] delibe,,
rauerit habeatur hereditas
pro adita uel n[on] adita s[ecundu]m
formam Juris ut supra di,,
stinguitur, an ad petitione[m]
creditoris uel substituti, si q[ui]s
aut[em] uoluerit adire heredi,,
tatem alicuius defuncti cu[m]

beneficio legis et Inuentarij, ter,
minu habeat ad conficiendu
initian, et perficien triginta
dierz continuoz, et non pluriu
ita tn qd omni tpre possit p,
cedere ad confectionem dicti In,
uentarij no obstan ferijs qui,
buscumq; ad utilitatem homi,
num introductis, si aut dicte
feriae inductae sint in honorem
Dei. Vt Paschatis resurrectionis
uel natiuitatis dni nri cu di,
ebus precedent, et sequen feria,
tis, restituatur conficiens in di,
ctis diebus feriatis In honorem
Dei quo termino elapso no ha,
beat beneficiu inuentarij si
inuentariu no perfecerit, et
possit procedi contra eu tamq
contra heredem adeuntem
inconsulte, Si quis uero cita,
tus in Judicio ut supra perso,
natr comparuerit et inter,
rogatus ad preparationem
litis, an possideat rem ali,
quam, uel ne, teneatur re,
spondere clare eadem die,
si uero pecierit terminu as,
signetur sibi terminus duoz
dierz ad respondendu deli,
berate, data sibi copia prius
dicte interrogationis expensis
ipsius quo termino elapso et
dicte Interrogationi no re,
sponden clare habeatur pro
negante, et possidere, et co,
tra eu possit procedi tamq ne,
gantem se possidere, si fuerit
interrogatus ille a quo debet
res uendicari. In petitione
uero hereditatis simili co,
parens no respondens infra
terminu sibi datu ut supra
clare se possidere, pro posses,
sore uel pro herede, habeatur
pro negante. Si uero dixerit
se possidere titulo habito an,
te mortem defuncti. Inter,
rogetur per Judicem cu Ju,
ramento si humoi titulu alle,
gatu habeat realr penes se
uel in sua facultate eum p,
ducen, et si dixerit q sic de,
tur sibi terminus perempto,
rius ad producendu in Ju,
diciu humoi titulu duoz di,
eru proxime sequen: et si di,
xerit no habere titulu penes
se, uel no esse tunc in sua
potestate producen tunc de,

tur ubi terminus decem di, erum ad producendum reatur huiusmodi titulum, quod si in dicto termino non produxerit huiusmodi titulum allegatum habeatur possidens pro possessore licet in processu causae et litis non probaretur, nisi allegans dictum titulum in dicto termino non possit dictum titulum producere et probare ex aliquo iusto impedimento sive causa aliqua vel obstaculo, et relinquatur provisioni, et discretioni Judicis, eo casu an dictus terminus sit prorogandus, sive attendendus aut denegandus petenti, obviando subterfugijs, et malitijs, quae habent litem differre; sive vero quis citatus ad dictam praeparationem distulerit comparere cogatur remedijs iuris et mulcta indicta semel et pluries et quousque dictus citatus comparuerit, et se curie representaverit, sinisi talis citatus fuerit absens a Civitate et comitatu Urbis, vel et in remotis partibus diceretur illum degere, et eo casu Judex habeat allegantem absentiam, et ipsi absenti terminum decem dierum ad compa, rendum in praedictis et plus et minus secundum distantiam loci ubi dictus absens diceretur morari, et super dictis praeparatorijs nullus pro parte rei admittatur procurator, nisi ad allegandum causas absentie, vel impedimenti convenienti. Sed si fuerit conventa aliqua mulier vel alius qui sit excusatus comparere in iudicio ex aliqua iusta causa, sufficiat fieri responsio notario bancae eunti de commissione Judicis ad recipiendum responsionem super talibus praeparatorijs presente, citata, vel monita altera parte. Declarantes quod in dictis praeparatorijs debeat contineri quantitas certa, sive res quae peti debet tam in Judicio universali quam particulari, et debeant dicte interrogationes esse clare et tales quibus de iure responderi debeat ante litem contestatam, et non teneatur interrogandus

72R

respondere nec sibi labatur terminus, nec interrogatio admittatur per Judicem.

De libelli oblatione et Citatione. IIII.

Item statuimus et ordinamus quod volens contra aliquem agere in causa in qua non esset summarie procedendum, actor ante citationem rei conveniendi offerat libellum Judici, quo facto ad eius petitionem citetur reus, ex commissione Judicis per baylum dicti comunis cum copia dicti libelli relaxanda dicto citato, vel ad domum ipsius, ad comparendum in Judicio coram dicto Judice, et respondendum dicto libello deliberate, et ad suas exceptiones proponendas, et si domum habitationis habuerit in Civitate assignetur eidem terminus quinque dierum proxime sequentium a die citationis fiende computandus si personaliter fuerit citatus, sive ad domum sue solite habitationis. si vero domum habitationis habuerit in Comitatu et non in Civitate assignetur terminus octo dierum proxime futurorum, post citationem de eo personaliter sive domi factam, et si habitationem non habuerit in Civitate vel comitatu, tunc fiat citatio de tali reo conveniendo ad portas palatij populi dicte Civitatis in quo ius ministratur cum relaxatione et affixione in valvis dicti Palatij, copie dicti libelli cum termino arbitrio Judicis assignando per distantiam loci in quo est vel habitat citandus, ita quod semper ultra dietas eundi et redeundi habeat octo dies. Que citatio sic ad portas palatij facta valeat, et teneat ac si esset personaliter vel domi sollemniter facta. In causis vero summarijs sufficiat unica citatio personaliter facta oretenus per baylum comunis vel domi solite habitationis dicatur civibus et oretenus ut compareat die sequenti, et predicta habeant locum in civibus vel comitatinis

habitatoribus Civitatis, contra aut habitantes in comitatu et comitatinos sufficiat unica citatio personaliter vel domi facta absque relaxatione copie alicuius libelli vel petitionis. Si aut citandus esset forensis vel non habitans in dicta Civitate, vel comitatu et haberet domum propriam vel conductam in civitate vel comitatu, sufficiat unica citatio facta per baylum dicti comunis dummodo baylus portet cedulam continentem tenorem qualis qualis petitionis contra ipsum facte, et ipsam affigat in ostio dicte domus, cum termino Judicis arbitrio statuendo ad comparendum in presentia duorum vicinorum, quorum nomina describantur in actis. Si aut non haberet domum in Civitate vel comitatu tunc citetur cum Tuba ad lodiam palatii per publicum tubicinem dicti comunis, et nihilominus per baylum comunis apponatur cedula predicta cum termino in valvis dicti Palatii in presentia duorum testium quorum nomina etiam scribantur in actis.

Ordo agendi contra heredes incertos. V.

Si quis voluerit contra heredes ~~incertos~~ alicuius defuncte persone agere et non sit aliquis heres certus, quod tunc ad petitionem volentis agere fiat citatio nominatim de eo quem actor putaverit habere primam causam successionis et si non comparuerit in termino prime citationis ponatur edictum ad valvas Palatii populi dicte Civitatis cum copia libelli sive petitionis producte in iudicio contra heredes, et volentes esse heredes, et pro heredibus respondere et bonorum possessores, et bona defendere, et fiat generalis proclama per preconem comunis sono tube premisso ex commissione Judicis ad domum defuncti, de heredibus volentibus etiam heredes et pro heredibus respondere, et bonorum possessoribus, et volentibus

bona defuncti

bona defuncti defendere.
Quod infra terminum triu
dierum proxime futurorum legi,
time comparant in iudicio
responsuri de iure dicto a,
gere uolenti, dato et exibito
prius libello Judici et in Judi,
cio et Jurum postea renouan,
do in personam curatoris
et contra curatorem datum
cum quo Judicium agitabitur per
contra defensorem qui se Ju,
dicio obtulerit, et si non compa,
rerit principalis heres uel debitor ut
reus conueniendus, seu aliquis ex
citatis, et comparuerit alia per,
sona loco conuenti seu citati
sine mandato et uelit in se
suscipere Judicium, teneatur
primo dare talis comparensi,
doneas satisdationes de rato
et iudicatum soluendo, et hic
contra eum agatur tamquam contra
principalem. Si uero aliquis exci,
tatis ut supra ad talem cita,
tionem comparuerit faci,
ens se legitimum contradictore
suo nomine uel alieno nomine
cum mandato legitimo proce,
datur contra eum prout infra
disponitur contra comparentem
et predicta locum habeant in
causis ordinarijs, et in quibus
esset ordinarie agendum. In
causis uero summarijs sufficit,
et bina citatio oretenus fa,
cta ad domum dicti defuncti
in presentia duorum uicinorum uarijs
diebus de heredibus uolentibus esse
heredes, et pro heredibus re,
spondere, et bonorum possessionibus
et bona defendere, proceda,
tur ut infra in sequenti capitulo
de causis summarijs disponi,
tur contra non comparentes.

De curatore dando ad lites. VI.

Si uero nullus in dicto termino comparuerit
tunc per iudicem ad petitio,
nem partis agere uolentis de,
tur curator hereditati Jacenti
et bonis talis defuncti, uocatis
duobus proximioribus agnatis,
et duobus proximioribus co,
gnatis talis defuncti et duobus
uel tribus ex proximioribus
uicinis nominatim, et cete,

is alijs cognatis, et agnatis
et uicinis talis defuncti: qui
si comparuerit infra terminum
trium dierum possint, teneantur
et debeant nominare ali-
quem in curatorem bono-
rum talis defuncti infra ter-
minum decem dierum proxime
futurorum à die facti precepti
dictis agnatis, cognatis, et
uicinis, qui noluerit dictus
curator acceptare uel tales agna-
ti, cognati, uel uicini non no-
minarent aliquem infra
dictum terminum Judex possit
providere ad petitionem
actoris, et constituere illum in
curatorem qui noluerit accep-
tare, sine quocumque alium qui
esse uelit curator, nemo tamen
possit cogi inuitus ad dictam
curam. Qui cu-
rator qualitercumque datus tene-
atur et debeat facere inuen-
tarium bonorum, et rerum defuncti
et cogantur possessores seu de-
tentores bonorum, et rerum defuncti
remedijs iuris ad permittendum fi-
eri huiusmodi inuentarium: quod
fecisse teneatur infra termi-

num uiginti dierum continuorum postquam
datus fuerit, et si dictus Cura-
tor distulerit infra dictum ter-
minum ipsum inuentarium conficere
ex tunc incidat in penam
pro qualibet die qua obmi-
serit facere dictum inuentarium
post dictos uiginti dies uiginti
solidorum denariorum, ipso iure de fa-
cto, et sine aliquo processu si-
bi auferendorum, et nihilominus in-
uentarium facere compellatur,
et potestas teneatur dicto
curatori ad omnem eius
petitionem in conficiendo di-
ctum inuentarium dare offici-
ales et familiam expedientem,
sub pena centum librarum denariorum
ceptis causis mercedum,
et sumarijs a vigintiquin,,
que libras infra, in quibus
non obstent ferię Inducte in
utilitatem dominum. v3.

Omnes dies Dominicales.
Dies Nativitatis dni nri yhu
xpi. cum uno die precedente
et omnibus diebus sequentibus
usq ad primam diem Janua,,
rij inclusive.
Dies circumcisionis dni
Dies Epiphanię
Omnes festivitates beatę ma,,
rię Virginis.
Omnes festivitates principa,,
les apostolorum.
Quatuor Euangelistarum: Marci
Lucę, Matthei, et Johis
Sancti Augustini Episcopi.
Sancti Ambrosi Episcopi.
Sancti Hieronymi et
Sancti Gregorij

Sancti Iohannis bapte Natiuitas.
Dies sancti Bernardi.
Dies sancte Lucie.
Dies sancti Maurinij.
Sancti Francisci.
Sancti Dominici.
Sancti Nicholaj Epi.
Sancti Laurentij.
Sancte Vrsule.
Sancti Constantij Martiris.
Sancti Antonij Abbatis.
Sancte Crucis de mense Maij.
Septem dies dominice passionis immediate precedentes.
Pascha resurrectionis cum duobus diebus sequentibus et durant per totam octavam pasce.
Dies processionum et Letaniarum.
Dies ascensionis dni nri yhu xpi.
Dies sacratissimi corporis xpi cum duobus diebus sequentibus et duobus precedentibus.
Dies assumptionis beate marie Virginis de mense Augusti cum uno die precedenti et uno sequenti.
Dies sancti Britij cum uno die precedenti et uno sequenti.
Item dies carnisprivij in quibus fiant astiludia. videlicet dies Iouis, Lune, et martis.
Dies Cineris.
Sancti Angeli de mense septembris.
Sancte marie magdalene.
Dies decollationis sancti Iohannis.
Sancti Martini.
Sancti Egidij.
Sancte Catherine Martiris.
Sancti Antonij de Padua.
Sancti Sebastiani.
Dies omnium sanctorum cum die mortuorum de mane.
Dies sancti Blasij.
Dies sancti Pancratij.
Dies sancti Thome de Aquino.
Dies sancti Bernardini.
Sancti Leonardi de Silva.
Item ferie messium anno quolibet incipiant a die festiuitatis sancti Iohannis baptiste de mense Junij et durent usque ad festum sancte Marie de mense Augusti.
Item ferie Vindemiarum anno quolibet incipiant a die festiuitatis sancte Crucis de mense Septembris et durent usque ad festum sancti Luce de mense octobris.

Item oẽs illi dies in quibus in,
dicerentur feriæ repentinæ per
habentem potestatẽ indicend.
Item omnes illi dies quibus d,
cxerit per Judicem Jus nõ rd,
di uel sedere ad bancũ iuris.
Item oẽs dies quatragesimæ et
mane, sed inmediate post
prædicationem sedeatur ad bã,
cũ et sit iuridica hora præter
quam omnibus diebus veneris de
mense Martij qui sint in
totum feriati.
Item sit feriatum et sint fe,
riæ in die festiuitatis pasca,
tis Pentecostes cũ duobus di,
ebus sequentibus: Et dictæ fe,
riæ nõ possint per aliquam
cõmissionẽ relaxari nisi de
uoluntate partiũ expresse
processerit et maxime feriæ
in utilitatem hominum
introductæ Et quilibet no,
tarius bancæ in principio sui
registri teneatur facere ca,
lendariũ de diebus feriatis
ut possit haberi certa notitia
quãdo ius reddi et mini,
strari debeat.

De termino dando ad
soluendũ. xxxiiij.

Si quis per se uel per
procuratorem suũ
uel aliũ quẽcũque mãdatã,
riũ cõfessus fuerit qñcũque ante
sentiam et cõfessus fuerit quã,
titatem uel rem petitam
in partem uel in totum
Judex statuat terminũ
dicto cõfitenti decem dies
proxime futuros ad soluen,
et tradendũ quantitatem seu
rem petitam et cõsecuti
et expensas, Quo termino
elapso si talis cõfitens nõ
satisfecerit, effectualiter texe,
atur Judex ad instantia
creditoris, ipso cõfitente ul,
terius nõ citato, cõmittere
executionẽ realẽ et perso,
nalẽ, et ponatur ad bãcã,
delle militis. Si quis aut
produxerit sententiã uel
laudũ, quæ uel quod trã,
sierit in rem iudicatã
per desertionẽ appellationis
per lapsũ fataliũ uel per par,
tis acceptationẽ tacitam ut
expressam, et pars cõtra quã
producceretur

produceretur esset citata, et
nō opponeret aliquā exceptio-
onem, que nō requireret
altiorem indaginem, que
incōtinenti probari posset
ex inspectione processus ut
sententię, que haberet im-
pedire seu retardare exe-
qutionē, sicut̄ cōmitta-
tur exequtio realis et per-
nalis cōtra illū cōtra quē
esset lata sententia uel
laudū pro quantitate et
re in eis contentis et pona-
tur ad bastardellū ut sup.
Si uero opponeret aliquam
exceptionem que incōti-
nenti posset probari et haberet
impedire exequtionem, audiatur
sm̄ formam iuris, si aūt petierit
copiam sententie uel laudi cum
termino ad dicen̄ causā quare
exequtio cōmitti nō deberet, ha-
beat terminū duorꝫ dierꝫ ad ac-
cipien̄ copiam, et opponen̄ quo e-
lapso, parte citata cōmittatur e-
xequtio ut supra disponitur. Mi-
les aūt postq̄ fuerit missus aliqs
ad bastardellū teneatur infra
duos dies facere exequtionem r-
alem, uel personalem ad ele-
ctam creditoris, et si continge-
ret quōmodo personalr̄ haberi
non posset als̄ teneatur soluere
de suo et non requiratur alia
protestatio creditoris et solū
sufficiat ad constituen̄ eū in
mora et negligentia, qđ per
creditorem probetur talem de-
bitorem fuisse in bonis soluen̄-
do, uel eius personā cōmode
haberi potuisse. In exeqution-
ne uero reali seruetur infra-
scriptus ordo. vꝫ. q̄ primo faci-
at exequtionem in rebus mo-
bilibus, et si nō inueniret mo-
bilia, secūdo faciat in rebus
immobilibus, quas si nō in-
uenerit faciat exequtionem
in nominibus debitorꝫ, et in
qualibet exequtione fienda
realr̄, ducat secū baylum cō-
munis, cuius relationi stetur
circa obseruantiā p̄dictorꝫ
et de eo q̄ gesserit miles tam
contra se q̄ pro se. Si autem
esset sn̄tia lata in actione rea-
li ponat actorem seu uictorē
in corporalem possessionē rei
contentę. In laudo uel sen-

tentia et ex tunc talis in possessionem positus faciat fructus suos, nisi esset ex tali causa, uel actione in qua fructus deberent cōputari in sortem: pignora aut que auferret in actione personali debeat immediate cōsignare depositario deputato sup dictis pignoribus, et ipse faciat notare per notariū cause, et ex tunc liceat creditori ipsa pignora uendere et distrahere, citato debitore ad uidenđ cōmitti subhastationes, et premissis tribus subhastationibus faciat uenditionē iure creditoris cum citatione partis et Judicis decreto. Qui ordo et forma seruetur in quibuscumq executionibus fienđ per militem uel alios officiales cōmissis per iudicem uel in curia domini gubernatoris uel Consules artium uel in quacumq curia, et pignora subhastentur ad lodiam dñi Potestatis et si executio fuerit cōmissa per aliam curiam, et Bayulus qui uadit cū milite nō possit petere nisi duos solidos, Jn uenditione aut pignoris debeat interuenire pretiū et creditor iuret qđ nō cōmisit aliquam fraudem, et cōtra tales uenditiones debitor nō possit aliquid opponere.

Quod pro debito Ciuili uel criminali nō mittatur quis in carcerem si idonee satis dederit uel satisdare uoluerit de nō discedendo de palatio et de requisitione presentie.

.XXXV.

Si quis pro aliquo debito Ciuili, uel causa criminali, que in defectu pecuniarie esset corporalis ex forma presentium statutorum, et satisdederit, seu satisdare uoluerit Jn continenti idonee de nō discedendo de Palatio, non possit mitti modo aliquo in carceribus sub pena quingentarum librarum denariorum cuilibet officiali cōtrafacienti, et si quis dederit dictos fideiussores de nō discedenđ et postea dimesserit, ad instantiā creditoris nisi:

seu Camerarij cois si esset cā
Criminalis, esset requisita eius
presentia per bayulū cois ex cō-
missione Judicis et nō esset re-
perta cogantur tam prin:les q̄
fideiussores eiusdem ad sol-
uend quatraginta solidos expē-
densi per Camerariū cois in
acconcimine stratarum, et mu-
rorum portę riuarię, quę re-
quisitio possit fieri bis in die,
et si fuerit requisita pntia cō-
tra aliquem p tres dies cōtinu-
os, et nō fuerit reperta, ultra
solutionem suprascriptę penę,
cogantur prin:les et fideiussores
ad electam creditoris seu
Camerarij in carceribus do-
nec debitū uel penā malefi-
tij persoluerint, et nō possint
amplius dictos fideiussores da-
re, nisi procederet de uolun-
tate creditoris seu dnorum con-
seruatorum si esset causa cri-
minalis, et predicta et uendi-
cent sibi locū cōtra illū qui
absq; cōmissione alicuius exe-
quutionis obligaret se stare ad
debitū p aliqua den quanti-
tate uel alijs rebus.

De suspecto et fugitiuo capi-
endo.

XXXVI.

Si quis aliquem iurauerit suspectū et fugitiuū
iudex teneatur cōmittere e-
xequtionē realem et psonalē,
et si talis iuratus personaliter ca-
ptus fideiusserit de iudicio
sisti et iudicatū soluendo tūc
laxetur et exequtio soluatur
per iurantem, reseruato si-
bi iure agendi, hoc tū addito
q̄ si ipse iuratus suspectus et
fugitiuus postea fuerit reper-
tus debitor et contra ipsum
fuerit pronūciatū, teneatur
soluere dictam exequtionē
et alias expensas factas per iu-
rantem, sed si nō fuerit reper-
tus debitor, siue nō fuerit pro-
batū esse debitorem, et fuerit
absolutus a petitione iurātis
ipse iurans incidat in penā
quinq; librarum den ipso facto cā-
mere cois applicand quā pe-
nā ipse Potestas sine aliqua
cōdēnatione teneatur exi-
gere ab ipso iurante, saluo
iure iurati pro suo interesse

expensis et iniuria: et nullus noster Ciuis uel Comitatinus possit iurari suspectus et fugitiuus simplici iuramento sed requiratur probatio saltim per unũ testem omni exceptione maiorem Qui deponeret ipsũ Ciuem uel comitatinũ esse suspectũ de fuga et deteriorasse cõditionem suã post cõtractũ debitũ, et idem intelligatur de habitantibus continue cũ eius familia in ciuitate uel comitatu. Siquis aũt noster Ciuis effectus fuerit creditor alicuius forensis et cũ eo cõtraxerit et eidem aliquid crediderit sub certo termino uel dilatione pendente dicto termino nõ possit ipsũ iurare suspectũ et fugitiuũ nisi probauerit ipsũ deteriorasse cõditionẽ suam et nulla mulier uel minor duodecim annorum possit iurari pro suspecto et fugitiuo pro debito ciuili, nec personaliter capi, et si iurans formã dictorum statutorum fuerit repertus non seruasse cõtenetur in predicta pena et expensis et interesse; et talis exequtio nõ ualeat nec teneat, si quis aũt uiderit aliquẽ eius debitorum discedere de Ciuitate uel comitatu, et nõ haberet copiã alicuius officialis ut ipsũ caperet et arrestari faceret, possit propria auctoritate pignorare, et arrestare dictũ eius debitorem, et ipsũ incõtinenti assignare curie potestatis dicte ciuitatis, si aũt haberet copiã alicuius officialis teneatur ad instantiã dicti creditoris talẽ debitorem capere et arrestare nõ obstante, q nõ fuerit cõmissa aliqua exequtio per Judicem, et hoc locũ habeat in debitoribus discedentibus non relicta familia uel aliquibus bonis in dicta Ciuitate, et similiter in omnibus uagabundis qui huc et illuc transmigrãdo nullũ sibi cõstituunt proprium domicilium.

Quod pro debito uniuersitatis quilibet de dicta uniuersitate possit capi.

.xxxvij.

Si coitas pleberiũ uel

universitas aliqua obligata est alicui nro Civi vel comitatensi omnes et singule persone illius coitatis plebeis et universitatis pignorari et capi possint, pro debita quantitate.

Quod boves et Vacce et bestie ferentes grasciam, et abrevi, atur alicuius notarij nõ ac, cipiantur in tenutam pro aliquo debito. XXXVIIJ.

Pro debito vel opere civi, li, datio vel collecta, vel, li auferantur boves, vel Vac, ce et eorum arneses, Zappe, Vangre, securis, abbreviatu, r alicuius notarij, vel bestie portantes grasciam ad Civita, tem et ipsa grascia de dorso vel de lecto ad penam centu solidorum vice qualibet, et quod acceptum fuerit omni appella, tione cessante Potestas resti, tui faciat, et si ater penam sol, vere nõ poterit mittatur in Carceribus per quatuor dies et stetur iuramento de, nutiantis, et presens capi,

tulum nõ habeat locum in comi, tibus nobilibus vel baronibus et fideiussoribus eorum, nec in alijs destrictualibus qui non solvunt datia cõtinue in Ci, vitate vel comitatu.

De debito unde apparet pu, blicum instrumentum. XXXIX.

Si quis deberet aliquid recipere ab aliquo tam Cive quam Comitatino de quo li, quidum et publicum apparet in, strumentum, et de ipso queri, moniam posuerit tam per se quam per eius procuratorem legitimum coram aliqua curia in Civi, tate Urbisveteris: Quod citetur et si venerit cogatur et con, stringatur personaliter in Pala, tio vel satisdet idonee de nõ discedendo de Palatio cõis et populi donec de illo debito satisfecerit creditori: et si nõ venerit, et fuerit semel per, sonaliter citatus vel domi eius solite habitationis, bis cum ce, dula cõtinente cam citati, onis affixe ad ostium dicti ci,

tati cū ter.^no triū dieꝝ ad co-
parenđ, et si nō cōparuerit
personalr vel p procurato-
rem, tunc viso instro pub.^co
debiti supradicti cōmittatur
exequtio realis vel psonalis
contra dictū debitorem co-
traque instrumēta nulla
alia exceptio vel defensio
audiatur, nisi pr̄scriptio-
nis, rei iudicatę, seu deci-
sę, vel facti de nō petēdo
vel temporis prorogationis,
vel simulationis, vel falsita-
tis, aut exceptio defectus p-
sonę quę haberet instru-
mentū vel cōtractū uitia-
re aut nullū rēddere, quas
exceptiones vel ipsaꝝ alte-
ram proponens, probare de-
beat et probatam haberē et
ostendere infra decē dies
et postq ipsa vel ipsas pro-
duxerit, et si nō probaret
in duobus solidis denř pro
qualibet libra debiti seu
aestimationis rei de qua es-
set questio, pro medietate ex-
pendenđ in aeedimine aque-
ductus dicte Ciuitatis et pro
alia medietate parti cōdem-
netur, et de facto soluere cō-
pellatur, et debitū soluere sit
coactus et proponens excepti-
ones pr̄dictas vel alteram
ipsaꝝ nihilhom.^s sit coactus
donec probauerit vel satisde-
derit de nō discedendo de
palatio, et si exiuerit vel di-
scesserit de palatio et requi-
sita fuerit pr̄sentia sua ad
instantiam creditoris, solui-
dat in pena quinquaginta
libraꝝ denř expendenř in
aedificatione muroꝝ para-
petti portę uinarię, et itēꝝ
cōstringatur, et teneatur,
et non audiatur in aliqua
re nisi primo soluerit pr̄di-
ctā penā, et pr̄dicta locū ha-
beant in cōtractibus et debitis
factis et faciendis in pr̄te-
ritis, pr̄sentibus, et futuris.

De pena petentis debitū
iam solutum.

.XXXX.

Si quis p se vel p procura-
torem suū vel aliū legi-
timū mādatariū petierit ab

aliquo aliquod debitũ, et debi-
tor ostenderet ꝑ instrumẽtũ
repetitionis debiti vel alr per
testes seu aliũ legitimũ modũ
soluisse debitũ petitũ liberetur
reus, et dictus petens cõdẽne-
tur in quadruplũ quãtitatis
petitæ applicañ pro dimidia
parti, et pro alia dimidia cõi
pro acconcimine aqueduc-
tus, et pr̃dicta locũ habeat
et in petente partẽ debiti
solutã, et petens si ante sen-
tentiã cesserit liti, et renũ-
ciauerit petitiõni sue non
incurrat in penã sed ad ex-
pensas, damna, et interesse,
parti conuentæ.

Qualiter reddatur ius fo-
rensi contra Ciuem.

.xxxxi.

Illud ius reddatur forn-
si contra Ciuem nostrũ
quod r̃ddiditur Ciui nostro in
loco siue terra dicti forensis,
et si nõ cõstaret r̃ddatur il-
lud ius quod r̃dditur alijs
Ciuibus dũmodo dictus foren-
sis idonee satis det iudi-
cio sisti, et iudicatum sol-
uendo.

Quod debitor cogatur serua-
re promissionem et pactũ
creditori suo.

xxxxij

Quamcũq̃ promissionẽ et pa-
ctũ fecerit debitor cũ suo cr̃-
ditore dicta promissio et pa-
ctũ ã debitore obseruetur nõ
obstante aliquo capitulo po-
sito vel ponendo, dũmodo
talia pacta et promissiões
legitime sint.

Quod fideiussor ã fideiusso-
re conseruetur indẽnis.

xxxxiij.

Si quis fideiussor vel ali-
us qui bona sua obliga-
uit, seu pro alio se pagatorẽ
cõstituit, siue pro speciali per-
sona, siue pro uniuersitate
passus fuerit aliquod dãnum
occasiõne supradictis, cõserue-
tur indemnes pr̃dictæ perso-
næ, et stetur sacramento eo-
rũ et cuiuslibet eorũ hereditã
tam de dãnis et expensis

q̃ de ſorte prin.li et omnium
illorum que occaſione prin.lis cõ,
tractus per ſe vel aliũ dixe,
rit ſe feciſſe vel ſubſtinuiſſe,
et hoc obtineat locũ in pñti,
bus et futuris, et Poteſtas et a,
lij officiales poſtq̃ fuerint re,
quiſiti ingra tridenũ teneā,
tur dictas perſonas indẽnes
cõſeruari facere ad ipſarum
uoluntatem, procedendo cõtra
eas, et exequen ratr et per,
ſonatr per uiam ex bãnimẽ,
torum, et tenutarum; et ſi pre,
dictę perſonę vel aliqua ea,
rũ tenutam aliquã habuiſſe,
rint cõtra reos ſuos, rei uel
reus vel eorum heredes teneā,
tur ipsã tenutã diſcõmera,
re ad petitionẽ pñdictarum per,
ſonarum, que tenutã habueſſe,
rint, et ab uſu dictę tenutę
ceſſare, et ſi nõ ceſſarent pro
qualibet die ſoluãt nomine
pene uiginti ſolidos; appli,
cãn in audiẽmine Palatij
poteſtatis, et fideiuſſor non
cogatur reſpondere illi pro
quo fideiuſſit pro aliqua
alia cauſa vel debito niſi
primo ab eo fideiuſſor cõſer,
uetur indẽnis: Quicunq̃ aut
fideiuſſerit mãdato alicuius
apud aliquẽ et in fideiuſſi,
one ſteterit duobus annis,
talis fideiuſſor à fideiuſſi,
one tali, ab illo pro quo fide,
iuſſerit abſoluatur et libe,
retur niſi ex cõuẽtione con,
trahentiũ vel natura cõtra,
ctus eſſet obligatio in tẽpore
longiori etiam per heredes
et bonorum poſſeſſores ipſius
principalis, et Poteſtas tene,
atur cõpellere talem pro
quo fideiuſſio facta fuerit
ad petitionẽ talis fideiuſſo,
ris ad pñdicta omnia obſer,
uanñ, et que dicta ſunt de
fideiuſſore habeat locũ in
pagatoribus, et omnibus alijs
perſonis que pro alio obligatę
ſunt. Et locũ habeat tam
cõtra minores q̃ et cõtra oẽs
alias perſonas, et remane,
at in prouiſione Poteſtatis et
ſuę curię de dãno paſſo per
fideiuſſorẽ et expenſis, in,
ſpecta qualitate perſonę, et
ſi in pñdictis Poteſtas fuerit
negligens, vel

negligens vel remissus inveni-, tiguin(?) libris dcti contenetur, et in omnem casum et even-, tum conveniatur tam princip(alis) quam fideiussor, et facta discussi-, one de princ(ipa)li debitore et non reperto idoneo ad solvendum con-, veniatur fideiussor, et si duo vel plures in aliquo contractu fu-, erint principaliter in solidum obliga-, ti et aliquis cognoverit debitum esse suum cogatur prius ipse ad solvendum deinde facta discus-, sione de eo, conveniatur ad aliquos socios, et si fuerint plu-, res debitores vel fideiussores in-, solidum obligati apud aliquem, et omnes idonei ad solvendum, quilibet tamen pro rata debeat conveniri non obstante quod in-, solidum fuerint obligati.

De illo qui voluerit ceder bonis

.xxxxiiij.

Si quis voluerit cedere bo-, nis suis, iur(amen)to prius pre-, stito, ante cessionem predictam, teneatur dare in scriptis Judi-, ci dni Potestatis, citatis omni-, bus suis creditoribus, omnia et singula bona Mobilia et im-, mobilia, et si post dictam cessio-, nem, talis cedens fuerit inven-, tus aliquid aliud per se, vel a-, lium habere, tenere, vel possi-, dere, quod dedisset in scriptis, vel si post dictam cessionem dictus cedens suo nomine vel alieno per se vel alium teneret, vel pos-, sideret aliquid ex dictis bo-, nis, vel aliquibus ex ipsis bo-, nis assignatis, vel non assigna-, tis utatur, ex tunc dictus cedens ad petitionem sui cre-, ditoris vel suorum creditorum per-, sonaliter capiatur, et in carce-, ribus tamen Palatio detineatur ad voluntatem ipsius credi-, toris donec fuerit satisfa-, ctum sibi de debita quanti-, tate non obstante cessione predicta, quibus omnibus sic peractis cedens, nudus, ex-, calciatus cum serrabulis tamen veniat cum duobus preconibus cois, qui cum eo tubando ve-, niant, et exeant per portam Palatij Potestatis, et vadant ad colunam positam ante

ecclesiam sancti Andreę, et ad dictam columnā tribus uicibus natis percutiat, dicēs in qualibet percussione, cedo bonis, coram notario et septem testibus et hoc fiat, et ab hora tertia usq; ad vasperas, ut clam hoc fieri nō possit, et hęc omnia locū habeant tam in his qui hactenus cesserūt q̄ in alijs qui cedere uoluerint in futurū et quicumq; cesserit bonis suis, modo prędicto pro tēpore futuro nō stet nec stare possit in Ciuitate postea per tempus decem annorū, et si uenerit et steterit capiatur et cōstringatur in Palatio et in Carceribus ad petitionem creditorū donec creditoribus satisfecerit cū effectu, et Potestas, et eius Iudices teneantur prędicta obseruare ad penā centū librarū den̄ qualibz uice.

Quod Ciues habitantes in Ciuitate nō possint conueniri in Comitatu.

·XXXXV·

Nullus nr̄ Ciuis habitans in Ciuitate teneatur respondere in aliqua curia Comitatus, seu in curia alicuius Baronis, comitatus, pro aliquo dāno dato uel de lite pecuniaria nisi procederet de uoluntate propria ipsius Ciuis, et si secus fecerit, quicquid sequeretur nō teneat ipso iure.

Quod nullus recipiat ab extraneo iura contra Ciuem.

·XXXXVI·

Nulla persona nr̄i Comitatus uel districtus emat uel acquirat aliquod ius ab aliqua extranea persona cōtra aliquem nostrū Ciuē uel Comitatinū nisi de uoluntate debitoris, uel nisi acquireret à fratre uel sorore sua extraneis, et qui cōtrafecerit in quinquaginta libris den̄ puniatur, et cessio facta nō teneat, exceptis mercatoribus nrę Ciuitatis, qui à mercatoribus extraneis, cōtra mercatores huius Ciuitatis iura acquirere possint, et exceptis

illis qui occasione alicuius no-,
stri Ciuis vel Comitatini gra-,
uarentur ab aliquo extra-,
neo Qui omnes acquirere
possint iura predicta, et
si qua persona cessit vel ces-,
serit imposterū, aliquo titu-,
lo alicui dericō contra ali-,
quem nostrū Ciuē vel co-,
mitatinū vel cōtra cōmu-,
ne Vrbisueteris, vel aliquā v-,
niuersitatem nostri Comi-,
tatus in quinquaginta li-,
bris denār puniatur et ces-,
sio nō teneat, et siquis ces-,
serit aliquod ius alteri quo-,
cunq; titulo ille qui tale ius
recipit teneatur cedenti
suis qua actione quę cō-,
peteret illi cōtra quam ces-,
set facta cessiō, contra il-,
lum qui cessit defendetur,
et tam cōpensatio q̄ omnis
alia exceptio quę cōtra ce-,
dentem debitori cōpeteret
obici possit cōtra illū qui
iuris cessionē recipit.

Quod alienatiō facta occa-,
sione maleficij perpetrañ
non ualeat.

.xxxxvij.

Nulla venditiō, aliena-,
tio, emancipatiō, seu
permutatio facta, vel quę
fieret ab aliquo imposterum
occasione alicuius malefi-,
cij perpetrandi, nō teneat
et sit cassa, nisi malefa-,
ctor curaret curā de ma-,
leficio quod cōmiserit de pe-,
nis soluenñ, et nisi in alijs su-,
is bonis exequutiō fieri posset
Quod si malefactor nō cura-,
uerit vel exequutio in alijs
suis bonis fieri nō poterit tūc
eam de dictis bonis aliena-,
tis q̄ de alijs bonis dicti ma-,
lefactoris soluatur pena, et
prēsumatur dicta alienatiō
fore facta occasione malefi-,
cij perpetrandi si fuerit fa-,
cta infra annū cōputañ à
diē alienationis prēdictę, et
hoc locum habeat dūmodo ma-,
lefactor fuerit odiosus ante
alienationem prēdictam.

De illo qui malefecerit facta
sua. xxxxviij.

Si quis male indoaret uti substantia sua Potestas teneatur inquirere ad petitionem cuiuscumque eidem dixerit, et si probabitur per opinionem uel famam quod quis predicta faciat banniatur publice per Civitatem quod nullus cum eo contrahat, et contractus postea factus non teneat et si cui est bonis interdictum uel fuerit et postea authoritate curie generalis fuerit bannitum quod possit contrahere, contractus postea facti ualeant: et si banniretur quod nullus contrahat cum tale malefaciente facta sua nullus ducat ipsum ad bibendum et comedendum in domo sua exceptis patre, fratre, socero, cognato, et aliis coniunctis personis usque in tertium gradum ad penam uiginti quinque librarum den., et Potestas teneatur tales malefacientes facta sua legi facere in consilio generali dicte Civitatis.

Qualiter procedatur in questionibus: libellariis, et emphiteoticis et aliis prestationibus.

XXXXIX.

De pensionibus libellariis, emphiteoticis et omnibus aliis prestationibus servitutum si fuerit questio, iuretur de calumnia et ueritate dicenda, et si reus confessus fuerit condemnetur, et si negauerit queratur ab utraque parte, si super quo est questio, aliqua earum habeat publicum instrumentum, et si habet teneatur ostendere parti et curie, et speciatim instrumentum emptionis rei, cui instrumento stetur et secundum ipsum pronuncietur, si uero ueritas inueniri non posset et actor probauerit quod a triginta annis citra proxime preteritis reus uel ille a quo causam habet uel alius pro eo actori uel aliis pro eo suis predecessoribus pro re cuius occasione est questio, quod petitur prestiterit una uice tantum, tunc ad solutionem compellatur et in eo compellatur, et idem

seruetur in seruitutibus, suprascriptis aut hoc seruetur quod quecumque persona obligata est per se vel alium reddere alicuique quod fictum, super tenimentis aut si questio fuerit, si probauerit per duos testes quod ubi fuerit concessum vel ipsum habuerit pro suo tenimento à triginta annis citra continue, habeat dictum tenimentum, et predicta omnia habeant locum in omnibus rebus ex quibus debetur pensio vel liuellus à nostris Ciuibus, vel comitatinis, alicui ecclesie, vel clerico, et si dicte persone ecclesiastice nollent stare presenti statuto seruetur pro eis, et contra eos ius commune; laborator aut tenimentis sine laborauerit totum quod laborari potest, non debeat metere, seu battere, seu bladum extrahere ad penam centum solidorum, et si laborator requisiuerit dominum, quod recipiat partem suam, et non receperit partem suam, postquam fuerit requisitus, liceat tali laboratori partem suam fructum de campo extrahere.

Quater et quando ad Potestatem appelletur.

· L ·

Ab omnibus et singulis laudis et sententiis ferendis per arbitros et arbitratores, uiarios vel partitores, vicarios seu Vicecomites comitatus et à sententiis consulum artium infra decem dies à die late sententie seu arbitramenti appellari, et recurri possit ad Potestatem et si fuerit causa quinquaginta librarum denariorum vel abinde infra sufficiat appellatio oraculo uiue uocis facta, si autem fuerit à quinquaginta libris denariorum supra fiat appellatio in scriptis, in qua allegentur grauamina illata vel alia, que pars ipsorum grauaminum, et dicte cause, et que libet ipsarum debeant cognosci et terminari per potestatem et eius collateralem infra triginta dies, incipiendi immediate finitis suprascriptis decem diebus et

cognoscantur summarie eo modo et forma ut supra latius declaratur sub rubrica de causis summarie cognoscendis et si dicta appellatio non fuerit prosequta infra dictum tempus, sententia et laudum mandetur executioni, et ipsa appellatio vel recursus sit penitus desertus.

De appellationibus et querelis interponendis ab interlocutoria et gravaminibus.

.LI.

Statuimus et ordinamus quod quicumque sentiret se gravatum ab aliqua interlocutoria, precepto vel gravamine, quod diceretur dicto vel facto inferri a tali gravamine, interlocutoria et precepto, possit provocare et appellare et de nullitate dicere, et querelare infra quatuor dies a die scientie numerandos, aliter non audiatur, et teneatur suam appellationem in scriptis producere, et interponere, et infra quinque alios dies a die introducte appellationis debeat docere de omni causa gravaminis, iniustitie vel querele ex actis coram primo factis in causa et non ex actis de novo faciendis, post quos terminos pars appellans teneatur causam dicte sue appellationis finiri fecisse per sententiam infra terminum viginti dierum utilium, qui terminus prorogari non possit et de consensu partium, et appellans si succubuerit, teneatur ad expensas et predicta intelligantur in causis ascendentibus ad summam quinquaginta librarum denariorum, abinde vero infra ab interlocutoria appellari non possit.

De appellationibus interponendis a diffinitivis.

.LII.

Attendentes quod illud iudicium recte dicitur veritate fulciri quod plurimorum sententia comprobatur, statuimus quod quilibet qui sentiret se gravatum vel gravari posse ab aliqua diffinitiva sententia, possit et sibi

liceat uiua uoce, tempore late
sntię appellare, postea uero d,,
beat in scriptis infra decem
dierū terminū appellare à
diē latę sntię co(m)putandū et
appellans, teneatur introducerē
appellationē coram Judice ap,,
pellationis si fuerit appellatū
ad Gubernatorē uel eius locū,,
tenen(tem), et infra quinq(ue) dies in,,
biberi faciat, et si fuerit ap,,
pellatū ad ro: cu: teneatur
infra terminū uiginti dierū
presentasse, et inhiberi fecisse,
et appellans ad Gubernatorē(m)
uel eius locumtenen(tem), teneatur r,,
colligere totū processū suis ex,,
pensis et ipsū producere corā
Judice appellationis, et cau(sa)m
ipsā terminari fecisse infra
terminū triginta dierū uti,,
liū; quod si nō fecerit app(ella)tio
ipsa sit deserta et in omnē
euentū appellans et succū,,
bens teneatur reficere ex,,
pensas et nō uitietur app(ella)tio
si apostoli nō fuerint petiti,
et si fuerint lata sntia secunda
conformis primę habeatur pro
ultima et ulterius nō possit
appellari.

Quod nullus inuadat sua
authoritate tenutā bonorū,
huius defuncti.

.L iij.

Nulla persona audeat in,,
uadere tenutā bonorū
alicuius defuncti ab intestato
uel ex testamento, nisi esset
filius uel filia, uel hęres insti,,
tutus, uel substitutus, quibus
licitū sit sua authoritate sine
pena capere, et hoc q(uan)dū p(re)dicta
bona essent uacantia uel à
nemine possessa, et qui co(n),,
trafecerit in uigintiquinq(ue)
libris den(ariorum) puniatur, et de tenu,,
ta nullū co(m)modū assequatur,
et q(uod) nulla persona possit cape(re)
possessionē propria authori,,
tate alicuius rei, ab aliquo
possesse, nisi mediante iu,,
sto titulo habito à uero d(omi)nō et
possessore, uel de licentia Judi,,
cis data seruato ordine Ju,,
diciario, et qui contrafecerit sol,,
uat nomine penę centum
libras den(ariorum), et talis possessio ha,,
beatur p(ro) nō possessa et ex ea

nulla possit causari p̄scri-, ptio.

De illo qui rem aliquam possedit bona fide pacio decem annorum.

.L iiij.

Si quis rē aliquam non per dolū, sed iusto ti-, tulo aquisitā, in tenutam auctoritate propria receptā, bona fide habuerit, pacifice et quiete, tempore decē an-, norum et plurium iusto titulo, cōfirmato copie auctorum, et antecessorum vel auctoritate curie, ut dictū est, sibi et suis heredibus nulla lis et cōtrouersia moueri possit ab aliqua persona, ut ab a-, liquibus curijs Ciuitatum et querimonia exinde nul-, latenus audiatur, nec re-, cipiatur saluis pactis in-, ter emptorē, et venditorem, uel alios cōtrahētes factis et spetr de reuenditione fui-, erit, rei vendite, quod pa-, ctū reuenditionis probari possit p publicum instrumētū vel p testes qui interfuerunt venditioni illius rei nomi-, natos et scriptos in instrumēto venditionis, saluo et q̄ ista p̄scriptio nō currat ipso iure pupillis, et alijs personis, que agere nō potuerunt infra tē-, pus dicte p̄scriptionis.

De successione ab intestato.

.L V.

Statuerunt et ordinaue-, runt q̄ si quis decesserit intestatus relictis descēdētibus masculis et feminis, masculi suc-, cedant exclusis feminis, qui masculi teneantur sufficien-, ter dotare dictas feminas s̄m qualitatem patrimonij, et cō-, ditionem personarum, si prius dotate nō extiterint. Si ue-, ro decesserit intestatus reli-, ctis filiabus feminis tantum tunc dicte filie succedant in totum, exclusis quibus-, cumq̄ cognatis, et agnatis. Si uero quis decesserit nullis descēdentibus superstitibus tunc proximiores agnati, u-, sq̄ in tertiū gradū succedat, s̄m ius canoni-,

ſm ius Canonicū cōputandū exclusis cognatis et ex matre, fratrū qȝ masculi fominis prę, ferantur, quando essent in pari gradu, saluo qd tertia bonorū hereditatis dicti defuncti, quam ipsa mater habere possit et debeat dummo mater seruauerit ea ad quę de iure tenetur ſm aut. de funcis. C. ad tertullia. Si uero quis decesserit nullis descendentibus superstitibus masculis uel fominis neqȝ superstitibus agnatis infra dictum gradū, tunc proximiores cōsanguinej ex parte patris + in patrimonio et proximiores cōsanguinej ex parte matris in matrimonio ~~succedant~~ Et uoluerunt nullam mulierē uenire appellatione agnatorū nisi sororem utriqȝ coniunctam, et sororem ex parte patris. Item uoluerunt qȝ si quis decesserit sine descendentibus et sine fratribus utrinqȝ coniunctis, superstitibus sibi duobus uel pluribus fratribus uterinis et partim consanguineis qd in bonis peruenientibus à patre dicti defuncti succedat frater cōsanguineus et in bonis peruenientibus à matre dicti defuncti succedat frater uterinus, exclusis fratre consanguineo, et agnatis. Si uero decesserit quis, nullis relictis fratribus utrinqȝ cōiunctis uel filijs fratrum, sed solūmodo sororibus partim cōsanguineis et partim uterinis, sorores ex parte patris succedant in patrimonio, et sorores ex parte matris succedant in matrimonio, et quod dictū est de fratibus et sororibus intelligatur et de filijs fratrum et sororum in reliquis uerò seruetur quod dictū est sup. de agnatis.

+ succedant

Nulla mulier dotata uel dotanda succedat in bonis paternis neqȝ maternis si sup. sunt fratres carnales.

N. LVI.

Nulla mulier dotata

vel dotanda succedat in bo-
nis patris neque matris si supersunt
fratres carnales ex utroque pa-
rente. Item quod nulla mulier
dotata vel dotanda succedat
in bonis patris stantibus fra-
tribus ex parte patris, et hoc
locum habeat quando talis mu-
lier est dotata vel dotanda
de bonis dicti Patris; sive
non dotata esset ab extraneo
non contemplatione patris sue,
cadat in legitima. sed si
qua mulier decesserit inte-
stata relictis filijs vel filiabus
ex diversis matrimonijs, dicti
filij et filie succedant in capi-
ta pro equali portione, subla-
ta qualibet differentia sexus.
Et quod dictum est de filijs, et fi-
liabus intelligatur de nepo-
tibus et descendentibus. Fra-
tres autem teneantur dotare
sorores vel sororem cum etatem
excesserint sedecim an-
norum, vel dent eis partem quo-
usque maritentur, et si nolu-
erint dare, possint petere
partem, et si dicte sorores non
fuerint maritate a dictis fra-
tribus antequam etatem perfece-
rint quindecim annorum, li-
ceat proximioribus consangui-
neis ex tunc eam vel eas
maritare de dicta parte ei
vel eis contingente de bonis
patris sui, et quicquid dicti
consanguinei fecerint super
his ratum sit et firmum et nul-
latenus retractetur non obstan-
te aliquo capitulo in contrarium
disponente, et hoc locum habe-
at in preteritis et futuris, Et
omnia predicta locum habeant
si Pater decesserit intestatus,
in filijs legitimis et na-
turalibus si extant et si non
extant naturales et legiti-
mi, in legitimis tantum, et etiam in
Civibus et Comitatinis Urbis,
[illegible], et talis soror non possit ce-
dere iura sua, que habet in
bonis patris, et matris alicuius,
et si concederet non valeat ipso
iure; si vero pater quanti-
tatem dotis declaraverit in
testamento, heres patris dictam
dotem declaratam mulieri
dare integre teneatur, et si
heredes eam non maritaverint

cum ipsa dote, proximiores cō-
sanguinei possint ipsā p illa
quantitate maritare ut su-
perius dictū est.

Quod mulier nō possit renū-
ciare bonis paternis, neq
maternis.

.lvij.

Nulla mulier per uiam
renunciationis, donatio-
nis, uel aliū cōtractū lucrati-
uū possit r̄nunciare pater-
ne hereditati uel materne
et si renūciauerit, talis re-
nunciatio, uel cōtractus nō
ualeat ipso iure, et si fuerit
iurata. Si qua aūt muli-
er sub promissione alicuius
quantitatis que sibi pmitte-
retur pro dote uel p aliam
uiam, r̄nūciauerit pater-
ne uel materne hereditati
que ad se pertineret uel
ad se pertinere speraret
si dictā hereditatem dona-
uerit, uel p aliā uia cōcesse-
rit, et in dicto cōtractu fuerit
lesa ultra dimidiam iusti
ptij, talis cōtractus nō ualeat
nec teneat ipso iure et si fue-
rit iuratus: Item q si quis
habens filiam uel neptem
et maritauerit, et eidem cō-
stituendo dotem dixit, quod
dotat de bonis maternis
et paternis intelligatur do-
tasse de suo si dictus dotans
et talis cōditionis q sibi cō-
ueniat de suo proprio dictā
dotem cōstituere, cui statu-
to nullo modo possit renū-
tiari et per iuramentū,
et Potestas integrā dotem
faciat adimpleri ab here-
dibus supradictis, et si quis
heres qui sorores suas nō
dotauerit in tempore in p-
ximo capto descripto, uen-
diderit de bonis cōibus talis
uenditiō nō teneat p parte
sororis in p̄iudiciū ipsius
sororis, et nulla p̄scriptio
ei obstet nisi longissima, et
si talis mulier nō haberet
unde uiueret cogātur qui
habuerint hereditatē, ei-
dem mulieri quousq̄ uixe-
rit dare uictū et uestitū
sm̄ hereditatis qualitatem

et ei necessaria ministrare et assignare quousque nupserit. Si vero mulier dotata fuerit de bonis patris seu matris non possit redire post mortem mariti vel ante mortem ad bona paterna, nec expensas petere nisi de voluntate fratrum processerit vel nisi dotem reduceret ad eosdem, quousque vellet iterum maritare. Item si aliquis sine filijs vel filiabus ab intestato decesserit, frater vel filij fratris masculi tantum succedant in totum et praeferantur sororibus sed si praedicti postea decesserint sine liberis talis hereditas deveniat ad sorores defuncti, et praedicta locum habeant in preteritis et futuris.

De Muliere decedente masculina vel feminina prole relicta.

.Lviij.

Si qua mulier decesserit masculina vel feminina prole relicta, sive habuerit filios ex diversis maritis, sive non, nulli persone possit relinquere bona sua mobilia et immobilia, donare, nec vendere, relinquere, vel alio modo dare, nisi filijs vel filiabus pro equali portione et in capita, et quae contrafecerit, non valeat nec teneat quod fecerit ipso iure. Si autem dicta mulier decesserit nullis descendentibus superstitibus et fuerit dotata ab extraneo, dos praedicta deveniat ad illum qui dotem dedit vel eius heredes dummodo talis extraneus dotem dans habuerit filios vel filias vel nepotes ex filio vel fratrem carnalem aut si filios vel filias, vel nepotes vel fratrem non habuerit ut supra dictum est, dicta persona dotata pro anima, et corpore de tali dote possit dispositionem facere prout de sua processerit voluntate post mortem dicti dotantis non eo vivente, nisi appareret dictam dotem datam fuisse de bonis dicte mulieris dotate, ac et volentes quod praesens capitulum ubi loquitur de muliere decedente in principio

mi habeat locū tam in mulier decedente q̄ inter uiuos, Itaq nullo modo possit neq̄ inter uiuos neq̄ decedens disponer de rebus suis, nisi ut supradi, ctū est, Volentes tn̄ q siqua mulier habens filios uel filias et nō habens unde se guber, nare possit nisi de bonis suis et requisiuerit coram Judice ipsos filios uel filias ut eidem cōmode uictū et uestitū prē, stent, alant, et gubernent, et tales filij uel filię id effectu, aliter nō fecerint, et adim, pleuerint tunc obtenta licē, tiā á Potestate uel Judice, qui in tali casu ipsā licētiam da, re teneatur, q possit distra, here de bonis suis pro ipsius su, bstentatione, et Judex á quo esset petita dicta licentia seu Potestas teneatur infra de, cem dies á die petitę licētię sup dicta licentia et omnib; oppositis cōtra ipsā et emer, gentibus et cōnexis pronun, ciare cognoscendo sūmarie simplr et deplano sola facti ueritate inspecta sine stre, pitu et figura Judicij ferijs quibuscūq̄ nō obstantibus sub pena centum librarū den.

Quod Tutela, tutricis nuben, tis cōcedatur proximiori, et digniori Consanguineo

.LIX.

Tutrix si traderet se nu, ptui, tutela ipsa pximiori et legitimo cōsanguineo pupil, li et digniori concedatur, et si atr fieret nō ualeat ipso iur, et quis fuerit dignior rema, neat in arbitrio Potestatis et eius Judicis, Ita q nulla muli, er supposita nrē iurisdictionis possit dari in Tutricē alicui pupillo uel pupille si bonos fi, deiussores nō dederit, et ido, neos, saltim q ipsorū fideiussorū bona ualeant medietatem omniū et singulorū bonorū pu, pillorū uel pupillarū, quorū uel quarū aliquis esset tutor uel Tutrix ad penā centū librarū den. Et quilibet Tutor et Tutrix quo, libet anno teneatur et debeat de administratione assignar et reddere rationē coram Ju,

dice dni Potestatis et coram duobus fidedignis hominibus Civibus Urbevetanis de regione pupillorum vel pupillarum ad penam centum librarum den. pro quolibet contrafaciente, et Potestas teneatur in primo pro sui regiminis predicta banniri facere, et diligenter inquirere contra ipsos Tutores vel tutrices, et repertos culpabiles punire et condemnare in dictam penam, applicandam pro medietate in acconcimine stratarum porte vivarie et pro alia medietate in acconcimine palatij dnorum conservatorum.

Quod tutor teneatur reddere rationem.

.LX.

Si quis tutor vel Tutrix sive fuerit relictus in testamento sive fuerit datus per Judicem teneatur reddere rationem finita tutela non obstante quod in Testamento contineretur non teneri ad reddendum rationem.

De probatione consanguinitatis, affinitatis, mortis, etatis et notariatus.

.LXI.

Ad probationem consanguinitatis, affinitatis, etatis, mortis alterius, vel quod aliquis non civis sit vel fuerit notarius, vel Judex ordinarius sufficiat probatio plenam in qualibet causa et testes super hoc producti non possint impugnari vel reprobari et si fuerint de domo, et qui contra predicta fecerit vel negaverit in decem libr. den. puniatur nisi forte contrarium probaretur et dicta pena locum non habeat contra illos qui non crederent vel negarent etatem.

Quod in ultimis voluntatibus non requiratur numerus testium à lege introductus.

.LXII.

In testamento non requiratur numerus testium à legibus introductus sed probetur voluntas testatoris per quinque testes masculos puberes, et libe-

res in codicillis uerò et in alijs ultimis uoluntatibus sufficiant tres testes.

De herede et quando quis heredem se facit.

·Lxiij·

Si quis se heredem dixerit, et ostenderit instrumentũ manu alicuius notarij tale instrumentũ nõ possit impugnari uel reprobari, nisi contrariũ appareret, et quando cuiq. testamentũ uel ultimam uoluntatem fecerit pr, et fecerit dispositionem inter filios uel filias uel nepotes, uel neptes, ratũ et firmũ sit et à nemine retractetur, saluo q si habuerit filios ex diuersis uxoribus nõ possit plus relinquere uni q alteri, nec plus filijs secũdi matrimonij q primi.

Quod decedens uiuente filio, uxori aliquid legare uel donare nõ possit.

·Lxiiij·

Si quis decesserit uiuente filio uel filia, uel pluribus filijs, uxori sue uel alij pro ea suo nomine aliquid tam in morte q inter uiuos dare, legare, donare, uel relinquere, uel alio modo aliquid dare nõ possit ultra dotem suã nisi uictũ et uestitũ, et uite sue necessaria, secũdũ facultatem possidentis, et hoc locũ habeat in presentibus et futuris.

De Vsufructu relicto Vxori à Viro.

·LXV·

Si alicui mulieri à Viro suo relictus sit usufructus aliquarũ rerũ suarũ siue habitatio domus, dotem eius petere nõ possit si habitationẽ, et usufructũ predictũ habuerit, et si peteret coram Iudice siue hoc libellũ, uel petitionem offerendo, ex tunc ab usufructu habitatione et legatis ipso iure cadat et ipsa nõ habeat.

Quod filia paterna bona occupare possit donec de relicto

sibi fuerit satisfactum.

. Lxvi.

Si quis decesserit filia ut filiabus relictis, et aliqd ipsi filie uel filiabus reliquerit, et alia sua bona alicui altero legauerit uel reliquerit ipsa filia uel filie, uel earum tutor siue Curator possint eorum auctoritate recipere et possidere omnia bona tam legata q alia, no obstante quocumque alio legato, quousque fuerit ei uel eis plenarie satisfactum, et si legatarius uel alter heres institutus extraneus antequam eis satisfecerit de relicto eam uel eas molestauerit in centum solidis den. uicequalibet puniatur, et hoc locum habeat in preteritis, et futuris, et predicta et locum habeant in sorore, cui frater reliquit legatum et decessit filia uel filiabus una uel pluribus relictis.

Quod filij pro uite necessarijs de bonis hereditatis et de donatione et fideicomisso no obstante de bonis hereditatis uendere possint.

. Lxvij.

Si quis decesserit filijs ut filiabus uel filia, nepotibus uel neptibus relictis et disposuerit q decedens ex eis sine filijs uel alijs desendentibus, bona sua deueniant uel deuenire debeant ad aliu. Si ipsi filij uel nepotes no possent de bonis eorum ducere uitam suam, possint de bonis predictis uendere et alienare no obstante substitutione uel legato. Idem intelligatur si quis donauerit bona sua siue retento usufructu siue non, et de fructibus uiuere no possit, quod uendere et alienare possit de rebus donatis pro uita et uite sue necessarijs, et talis alienatio ualeat, et teneat et reuocari no possit et hoc obtineat in preteritis et futuris.

Quod institutus et substitutus integram habeant hereditatem.

. Lxviij.

Si quis fecerit

Si quis fecerit testamẽtum et instituerit aliquẽ heredem, uel substituerit in sua hereditate institutus uel substitutus integram habeant hereditatem sine diminutione quarte Trebellianice, et hoc obtineat in pr̃teritis et futuris, aliquo capitulo nõ obstãte posito uel ponendo

Quod nulla persona audeat maritare pupillam.

. LXIX.

Nulla persona audeat maritare pupillã uel pupillas, nisi tutor uel tutrix cũ earũ uoluntate et ipsa tutela durante, sed postquam excesserint ętatem duodecim annorũ, accedente uoluntate ipsius pupille, uel pupillarũ, habeatur cõsensus à quatuor proximioribus cõsanguineis, quorũ duo sint ex parte patris et duo ex parte matris, et si superesset auus maternus possit maritari sine cõsensu suorũ cõsanguineorũ et eodem modo procedatur ad puellã copulãdã matrimonio cũ decem annos excesserit, et si sup hoc cõsanguinei essent discordes, mater mulieris seu puelle, et auus maternus si superessent ipsam puellam matrimonio cõiungãt ut eis uidebitur; et si cõtra pr̃dicta factũ fuerit liceat fratri uel tutori dotem retinere et cõtrafaciens in centũ libris denariorum cõdẽnetur, sed si à patre puelle aliter fuerit stabilitum robur obtineat firmitatem, et pr̃dicta locũ habeant in pr̃teritis et futuris.

Quod auus et patruus teneantur dotare neptes.

. LXX.

Auus uel patruus seu patrui teneantur maritare et dotare neptem eorũ secundum cõditionẽ persone et facultatem eorũ bonorũ cũ erit in ętate quindecim annorũ et si eam nõ maritarent et nõ dotarent ut dictum est proximiores cõsanguinei ex parte matris dicte filie maritare possint, et habeat

dicta filia pro dote sua integrã tertiam sibi debitam iure naturę in bonis avi sui paterni nõ obstante aliquo testamento, uel aliqua alia ultima uoluntate facto uel facta ab avo et nõ obstante aliquo statuto cõis Urbis ueteris.

Quod Maritus bona uxoris nostrę Jurisdictionis alienare nõ possit.

LXXI.

Si quis alterius Jurisdictionis uxorẽ acceperit iurisdictionis nrę, bona dictę suę uxoris uel filiorũ uel filiarũ suarũ uendere et alienare nõ possit quod si cõtra factũ fuerit alienatio nõ teneat, et bona alienata ad cõmune Urbis ueteris deueniant.

Quod Mulier alterius Jurisdictionis possit relinquere dotẽ suã cui uoluerit.

LXXII.

Si Mulier alterius iurisdictionis, quę dominẽ nostrę iurisdictionis habuerit uel habet in virũ decesserit filijs nõ relictis, liceat ei relinquere dotem suã, et omnia bona sua cui uoluerit.

De terminanda re dotali cum alia re cõiuncta.

LXXIII.

Si quis rem aliquã pro dote acceperit immobilem uel cõfessus fuerit recepisse ab aliqua persona, et cõtingat q iuxta rem dotalem fuerit facta aliqua ẽmptio, uel aliquo alio titulo acquisitũ aliquid à viro uel ab alio p eo, et taliter cõtinuata seu cõiuncta sit rei dotali ut distingui nõ possit, Vir et eius heredes qui talem uenditionem, seu titulũ lucratiuũ allegarent, probare habeãt, et si nõ probabiter tota illa res pro dotali habeatur.

De dote restituenda matrimonio soluto.

LXXIIII.

Si dos in pecunia numera-
ta uel alijs rebus extima-
tis uel nõ extimatis data fuerit
uel erit, et matrimoniũ sit
solutũ morte uiri, mulier siue
superstint filij ex uiro defuncto
siue nõ recipiat integrã dotẽ quã
dedit: et si dos fuerit quinqua-
ginta flor[e]nos, seu ab inde infra
habeat de bonis uiri defuncti flo-
r[e]nos quatuor, et si fuerit à quin-
quaginta supra usq; ad cẽtũ ha-
beat flor[e]nos quinq; et à centũ
supra pro rata ad rationem quinq;
flor[e]nos pro quolibet centinario,
et nihil plus de bonis uiri peter[e]
possit, seu occasione donationis
ꝑꝑ nuptias seu quacunq; alia ex
causa matrimoniũ respiciẽ-
te, et p̃dictas pecunias tene-
atur oĩo ipsa mulier expener[e]
in uestibus lugubribus in me-
moriã et honorẽ mariti de-
functi. Decedente uero uxo-
re sine filijs legitimis et na-
turalibus ex suo legitimo ma-
trimonio natis superstite ui-
ro, uir lucretur et habeat et
habere debeat tertiã partẽ
dotis dictæ dnæ eius Vxoris

quam recepit ipse uel alius pro
uel promissa fuerit à memo-
rata dna uel alio promittẽte
seu dante pro ea, et hoc qd
de uiro dicitur locũ nõ habe-
at si de dicta mulĩere super-
sit aliquis filius uel filia ex
quocunq; alio primo matri-
monio, augumẽtũ aut p̃-
dictũ neutra pars lucretur,
nisi postq; Vir et Vxor cohabi-
tauerint simul, et cõsumatũ
fuerit matrimoniũ, si ita
reputetur in cõuicinio absq;
aliqua alia ꝓbatione. Mulier
aũt defuncto uiro habeat ali-
menta de bonis Viri secũdũ
facultatẽ poteris ubicũq; steter-
it donec ei de dote et au-
gumento p̃dicto fuerit ubi
plenariè satisfactũ, et hoc locũ
habeat in p̃teritis et futuris,
et si aliquis nr̃ Ciuis, uel Co-
mitatinus receperit uel ha-
buerit Vxorẽ de alĩena Iu-
risdictiõne et matrimoniũ
solutũ fuerit inter eos morte
mulĩeris filio uel filia nõ exta-
tibus de tali matrimonio, et ta-
lis maritus pecuniã nõ habert

102v

uel aliquod mobile unde dictam dotem restituere possit, dictus maritus de bonis suis immobilibus, illis quibus talis restitutio dotis deberetur, pro restitutione dotis insolutum dare teneatur et hoc locum habeat in preteritis et futuris.

De dote restituenda mulieri pro maleficio à Viro commisso.

LXXV.

Si quis fuerit pro maleficio condenatus Uxor, seu mater, uel heredes eius recipiant de bonis et rebus dicti malefactoris quod sufficiant ad dotem et ad estimationem dotis, et aliarum rerum de quibus esset creditrix uxor ad estimationem duorum Virorum legalium qui eligantur per Potestatem.

De Uxore uolente agere contra uirum uergentem ad inopiam.

.LXXVI.

Si qua mulier contra Virum uergentem ad inopiam agere uoluerit et petere dotem suam, non possit agere in ciuitate Urbeuetana, nisi coram Iudice Potestatis; in comitatu uero coram Vicarijs et Potestatibus, et banniatur publice ad fenestram Palatij communis uel ad lodiam quod dos predicta petitur; et si mulier bona viri propter inopiam eius, eo uiuente uel post mortem suam pro dote inuenta fuerit detinere de bonis iam dictis, uel eius heredes secundum estimationem duorum Virorum, quorum unus sit ex parte Uxoris, et heredum si ipsa decesserit et alter ex parte creditorum, et heredum mariti quando maritus decesserit, qui rei notitiam habeant, et mulier et eius heredes recipiant tantum quantum dos fuerit cum augumento quando uiueret maritus, et si mortuus esset non extantibus filijs, reliqua bona creditoribus mariti dentur, et assignentur, et si heredes mariti seu creditores uellent soluere dictam dotem mulier uel

eius heredes bona predicta di-
mittant, et iura que habeant
pro dicta dote in dictis bonis
et promittant que iura earum al-
teri non cesserunt, et habeatur
semper ratio meliorationis
facte in bonis predictis per u-
rem uel suos heredes, quam
Creditores et heredes viri re-
stituere teneantur, et Mu-
lier recipiens dotem eorum-
cum et debeat coram predicto
Potestatis eius medio iura-
mento dicere et assignare
omnia bona et res mariti
que et quas scit et habuit
penes se uel alios pro ea dotem
dedit, et si predicta mulier
post sacramentum prestitum reperta
fuerit deierasse soluat pro
pena uiginti quinque libras
den. de dote sua, et nihilomi-
nus res restituat et as-
signare teneatur, et hoc lo-
cum habeat in preteritis et fu-
turis.

Quod Ciues non uendant
possessiones alicui extra-
neo. LXXVij.

Statuimus et ordina-
mus quod nullus noster
Ciuis siue districtualis uen-
dere possit alicui extraneo
aliquam possessionem positam
in tenimento nostro Vrbeue-
tano ad penam ducentorum du-
catorum et perditionis rei uen-
dite, pro medietate applicand.
pro aedificatione porte Viua-
rie, et stradarum, et pro alia me-
dietate fabrice s.te Marie ma-
ioris, et talis uenditio sit
irrita ipso iure et ipsa pos-
sessio comuni Vrbeuetano ap-
plicetur; et si quis extraneus
in preteritum emisset aliquam
possessionem que esset prope so-
finia nostri tenimenti per me-
dium miliare intus tenimentum
teneatur ipsam uendere infra
triennium ciui nostro per comuni-
enti pretio, ad extimationem
duorum declarando, quod si
non fecerit de dicta eius pos-
sessione totaliter sit priuatus
et comuni Vrbeuetano ap-
plicetur.

. LXXViij.

Quod si pro familias maior. xiiij

annis contraxerit coram Iudice contractus teneat.

~~[illegible]~~

Si quis Pater familias maior quatuordecim annis et minor uiginti quinque contractum aliquem fecerit coram Iudice communis Urbis ueteris et cum eius authoritate et decreto, talis contractus ualeat et teneat, ac si curatorem habuerit, et eius authoritas interuenirit, et hoc locum habeat siue curatorem habuerit siue non, et gesta per eos non possint petere restitutionem in integrum ex dicta causa.

Quod contractus filij familias non teneant nisi publice negotientur.

LXXIX.

Si filius familias contractum fecerit, talis contractus non teneat, nisi publice negotiaretur uel nisi fecerit de uoluntate et mandato patris, et si filius familias maior uiginti quatuor annis fuerit condemnatus in aliqua causa criminali talis condemnatio ualeat, et teneat.

De famulis certa mercede conductis.

LXXX.

Si quis uel si qua certa mercede conductus aut conducta infra tempus locationis discederet et non rediret ad dominum, ad petitionem ipsius perdat salarium suum totum, et nulla persona contra uoluntatem talis domini possit ipsum uel ipsam tenere infra tempus sue locationis, et Potestas et eius Curia obseruent et obseruari faciat omnia pacta et conuentiones legitimas inter dictos dominos et famulos facta et factas.

Contra illos quibus est bonis interdictum.

LXXXI.

Potestas teneatur uinculo iuramenti infra mensem in principio sui regiminis publice bannum facere per Ciuitatem in locis consuetis quod omnes illi quibus est bonis interdi-

cum veniant coram dño Po-
testate, et scribantur nomina ta-
lium per notariũ reforma-
tionũ, et siquis nõ reperire-
tur scriptus infra terminũ
assignatũ manu dicti nota-
rij, tale interdictũ nõ obstet cre-
ditoribus nec illis qui pro eo
essent obligati.

Quod qui laborauerit in Ma-
gesi laboret in culta.

LXXXij.

Laborator qui laborauerit
et seminauerit terrã
alicuius in Magesi, teneatur
eam seminare in culta si
fuerit de voluntate domini
terrę sub pena centũ solidorũ
et dãnũ emendet dño terr
ad ęstimationẽ duorũ dominũ
de estrada, et quicũq; labo-
rauerit partem terr cõducte
et malitiose partem aliquã
dimiserit et nõ laborauerit,
ut emendet dãnũ dño Ca-
pi de illa parte quã nõ labo-
raret ad ęstimationem du-
orũ dominũ estradę, et soluat
quatraginta solidos pro pena
et pars laboratoris, fructuũ ter-
rę laboratę remaneat in se-
questro: Item si laborator ali-
cuius vel aliquis de sua fami-
lia extraxerit vel extrahi fe-
cerit bladũ de terra quã ha-
bet ad laboritiũ sine licentia
et requisitione domini terrę
quã laborauerit vel illius à
quo habet ad laboritiũ, puni-
atur pena decem librarũ den,
et dãnũ emendet illi à quo
habet dictam terrã vel suis
hęredibus cũ sacramento, et
sufficiat domino probare bla-
dum nõ esse in dicta pos-
sessione et fuisse extractũ:

De illis qui cõduxerint sil-
uas ad extirpandum.

LXXXiij.

Siquis siluas ad extir-
pandũ, seu diroiandũ
cõduxerit et nõ extirpaue-
rit, tam per totũ mensem
Augusti, amittat totũ extir-
padi, et diroiatũ nisi infir-
mitate vel legitimo impedi-
mento impeditus esset saluis
tñ pactis factis inter domi-

num, et conductorem.

Quod Pastinarius perdat possitiū, si nō laborauerit congruo tempore.

.LXXiiij

S i Pastinarius nō laborauerit congruo tempore possitiū, bona fide, nō potando, nō ligando, uel nō palando, uel nō zappando, uel nō occando, congruo tempore perdat possitiū, sed defectu trium, uel quatuor operū tantū teneatur ad emendationem dāni, et nō perdat possitiū, et teneatur Pastinarius ad uineare totam vineam quā habat ad possitiū infra annū, post denuntiationem sibi factam à dño, alioquin totū perdat possitiū, et si aliquis Pastinarius habuerit rem suam propriā iuxta possitiū et usurpauerit de terra possitij perdat possitiū, et tenimentū totum, et usurpatū restituat, et in decem libris puniatur, et Pastinarij uinearū colligāt oliuas et alias arbores et reddant de fructibus medietatem dño, et qñ Pastinarius uoluerit colligere pdicta, teneatur dicere dño ut eat uel mittat ad uidendum et si nō iuerit uel miserit liceat ei colligere, et Pastinarius incidat in penā uiginti solidorū qualibet uice qua contra fecerit et emendet dannum sacramento dñi pdicti, et Pastinarij teneantur deferr medietatem musti puri quo dño placuerit in Ciuitatē et si Pastinarius inciserit arbores nisi pro palis faciendis dño inrequisito, emendet domino duplū ualoris arboris incise et sine uoluntate domini nō seminet in possitio pse uel aliū aliquod bladum, linū, uel canapim uel aliqd quod noceat possitio ad penā uiginti solidorū et pdat quod seminauit de eo aut quod seminatum est contra uoluntatem dñi in possitio teneatur reddere medietatē et idem intelligatur de laboratoribus.

boratoribus hortorum qui aliquid seminant in ipsis et omnia prędicta quę in pastinarijs dicta sunt locum habeant ibi laboratoribus vinearum alienarum: saluis tamen in prędictis pactis et conventionibus factis inter partes; quicumque laborauerit seu ad possitum habuerit aliquam uineam possitiam, hortum seu terram teneatur ibidem plantare qualibet anno tres arbores domesticas ad instantiam et requisitionem domini ad penam decem solidorum pro qualibet arbore deficiente, et stetur sacramento domini rei, et Pastinarij, et laboratores teneantur potare uineas et zappare per totum mensem martij, et palare, et occare per totum mensem aprilis et Maij, quod si non fecerit Pastinarius perdat Possitium, et laborator laboritium, et teneatur uineas bene claudere ad penam uiginti solidorum.

Quod Potestas seruet et seruari faciat pacta et conventiones inter dominos et manentes.

.LXXXV.

Potestas et eius curia obseruent et obseruari faciant omnia pacta et conuentiones legitimas factas et faciendas inter dominos et manentes, et nihilominus qui non obseruauerit in centum solidis puniatur, et damnum passo emendet et famulus qui per certum tempus promiserit stare cum aliquo teneatur ipsum tempus perficere et inlicentiatus discedens perdat salarium suum totum, et durante dicto tempore non possit se cum alio conducere nec alicui liceat ipsum in famulum acceptare.

De permutatione facta cum aliquo extraneo ab homine nostrę Iurisdictioni subiecto.

.LXXXVI.

Si quis fecerit uel faciet permutationem aliquarum rerum cum aliqua ecclesia uel prelato eius, et ille qui permutationem fecit uel eius heres ue-

diderit res quas ab ecclesia
recepit alicui nostro Ciui uel
comitatiuo, emptor habe,
at possessiones illas, et pos,
sideat liberas et expeditas
et absolutas, et de ipsis ab
ecclesia illa nō debeat mole,
stari, Itemque si quis nostrę
Jurisdictionis permutauit
seu pmutabit cū aliquo ex,
traneo aliquā rem mobilem
et res dicto nostro Ciui in cā,
biū data fuerit molestata
ille comitatiuus rem quā
dedit recuperare possit pro,
pria authoritate sine pena
et iuris ordine prtermisso,
et si quis in rem prdictam
prtenderet aliquod ius ha,
bere seruetur idem :

De socita facta cum ru,
stico. LXXXViij

Quicumque habuit uel ha,
buerit socitam cū ali,
quo rustico uel manente
et dns Rustici uel aliquis
alius bestiam seu bestias quę
datę erunt in socitam ali,
qua ex causa abstulerit, et pro,
batū fuerit quod habuerit dictam
socitam cū dicto Rustico uel
manente, declaratione facta
pars dictarum bestiarum quę decla,
rata fuerit, ille qui bestias abs,
tulerit restituere teneatur ad
penā decem librarum den, me,
diētas cuius penę sit cōis et a,
lia socii et nihilominus par,
tem dictarum bestiarum restitue,
re teneatur.

Quando Contractus presu,
mantur simulati.
. LXXXViiij..

Omnis contractus et alie,
natio rei alicuius factus
uel qui fieret in fraudem simu,
latus uel simulata prsuma,
tur et habeatur, si alienator
post cōtractū uel alienationē
per se uel aliū pro eo rem a,
lienatam inuentus fuerit pos,
sidere seu fructus ex ea per,
cipere, et talis cōtractus et a,
lienationes pro cassis et irri,
tis habeantur et nō ualeant
ipso iure, et pro ipsa re alie,
nata teneatur tamen posses,

sor omnibus respondere, non obstante si in cõtractu uenditionis uel alienationis talis possessor se nomine emptoris cõstituerit possidere uel aliquo cõtractu locationis cũ emptore facto.

Similis est reformatio in libro reformationũ manu ser Pancratij Lutij de Urbeuett Cancellarij cõis sub anno .1391. et die .xxiiij. mensis Martij.

Item quia multę alienationes fiunt in fraudem et quandocunq; simulatę prouiderunt et ordinauerunt q quęlibet alienatio psumatur simulata si alienator post alienationem per annum cõtinue à die alienationis numerandũ possederit rem alienatam et fructus exinde percepit pacifice et quiete quo casu alienatio ipso iure nõ teneat, non obstante aliquo capitulo in cõtrariũ loquente remanente cũ statuto in eo q loquitur in sui roboris firmitate.

Explicit secũdus liber statutorum Causarũ Ciuilium.

De officio Judicis.

. I.

Quoniam procliuis est hominum cursus ad uoluptates, et natura imitatrix uitiorum que nisi per Judices penis debitis compescantur, pullulantur, et Ciuitates adducunt sepissime in ruinam: Ideo hac saluberrima lege sancimus quod Iudex maleficiorum habeat Jurisdictionem et merum imperium, in omnibus et singulis maleficijs et delictis ac et de omnibus et singulis malitijs criminibus et delictis commissis et que infuturum committerentur in Ciuitate, comitatu et destrictu Vrbis ueteris tam ex suo mero officio quam etiam per denunciationem cuiuslibet denunciantis dummodo pena ueniret imponenda decem libr. den. et abinde supra per inquisitionem procedere exceptis dumtaxat delictis infrascriptis, et infrascriptis casibus vz. de malitijs et delictis commissis et que committerentur per aliquem popularem uel artificem dicte Ciuitatis et de dicto delicto seu malitio ueniret pena imponenda tresdecim libr. et abinde infra non possit per inquisitionem procedi, sed per accusationem tantum, et exceptis adulterio, incestu, stupro cum mulieribus, et exceptis malitijs commissis per annum ante principium sui regiminis; postea uero excepto crimine proditionis contra commune nostrum de quo possit perpetuo procedi secundum Juris dispositionem, procedi non possit per inquisitionem, et exceptis delictis commissis ~~per minorem: qua~~tuordecim annorum et delictis commissis inter virum et vxorem, et inter consanguineos, et attinentes quocumque et affines usque in tertium gradum inclusiue secundum ius canonicum computandum. In quibus omnibus procedi possit per accusationem tantum productam per iniuria passum exceptis homicidio, ossium fractura, membri debilitatione et uulnere cum enormi cicatrice in facie, In quibus possit per inquisitionem procedere contra

quoscumque comittentes, ac etiam possit
et debeat de omnibus et sin-
gulis criminibus et delictis per
inquisitionem procedere, et
si fuerit negligens in predictis
vel aliquo predictorum ipso facto
incurrat penam centum librarum
et teneatur dictus Iudex co-
piam totius inquisitionis for-
mate et totius accusationis pro-
ducte infra duos dies à die
inchoationis vel productionis
mittere copiam ad cameram dominorum
Conservatorum dicte Civi-
tatis apud Cancellarium qui pro
~~tempore~~ fuerit sub pena me-
dietatis eius quantitatis que
veniret pro delicto seu deli-
ctis in accusatione vel inqui-
sitione de dictis imponenda
si veniret pena personalis im-
ponenda incurrat penam
quinquaginta librarum et tene-
atur iudex expedire processum
contra contumaces infra mensem
à die inchoati processus per sen-
tentiam diffinitivam in compa-
rentes vero infra quadraginta
dies à die responsionis facte
super accusam vel inquisitio-
nem nisi in processu oppona-
tur questio falsitatis vel in-
strumentorum, que si fuerit in-
cidenter opposita debeat expe-
diri infra mensem à die dicte
oppositionis incidenter facte.

Qualiter procedatur in delictis
contra contumaces.

.II.

Quia omne Iudicium inci-
pit à citatione ideo sta-
tuimus et ordinamus quod si contra
aliquem fuerit formata inqui-
sitio vel accusatio producta, et
accusatus vel inquisitus Civis
vel alius habitator nostre Civi-
tatis quod debeat citari cum ce-
dula continente totum malleficium
et delictum cum omnibus qualita-
tibus de quibus procederetur
contra eum termino trium dierum
à die citationis de quo facte
que semel tantum fieri sufficiat si
personaliter fuerit inventus ci-
tetur domi bis cum cedula su-
pradicti tenoris, et cum supradi-
ctis terminis, et elapso termi-
no quando fuerit personaliter inventus
vel elapsis dictis duobus termi-

nis qui non fuerit personaliter inve-
ventus et non comparuerit legi-
time ponatur in bano per pu-
blicum preconem com̃is Urbisveteris
ad scalam palatij residentie of-
ficialis precedentis in quo banno
exprimatur nomen, pronomen
seu cognomen accusati vel
inquisiti et totum delictum et pe-
na imponenda pro delicto cum
termino trium dierum ad comparen-
dum. si autem fuerit civis comita-
tinus destrictualis vel alius ha-
bitans in comitatu vel destri-
ctu Urbisveteris citetur semel tantum
personaliter vel ad domum habita-
tionis citati vel ad ianuam
Castri in quo habitaverit cum
cedula supradicte continentie
cum termino quinque dierum, et si
fuerit contumax ponatur in
banno ut supradictum est cum
proximo termino supradicto.
si vero fuerit civis forensis ut
alius non habitans in Civitate
comitatu vel destrictu cite-
tur semel cum cedula supra-
dicti tenoris affixa in porta
Palatij residentie predicti
dn̄i Potestatis, et terminus
assignetur secundum loci distantiam
arbitrio Iudicis et similiter po-
natur in banno ut supradi-
ctum est cum termino arbitrio
Iudicis statuendo, et in om-
nibus supradictis citationibus
Nuntius debeat cedulam re-
lassare citato si personaliter
inventus fuerit vel domi
ipsius rei vel in porta Castri
vel Palatij affixam quando Reus
non habitaverit cum presentia
duorum testium civium Urbe-
veteris quorum testium nomina, prono-
mina, seu cognomina in
relatione Nuntij scribantur,
et elapso termino banni Re-
us qui non comparuerit habea-
tur pro confesso omnia, et singu-
la in accusatione, seu inqui-
sitione contenta, et feratur
diffinitiva sententia contra Re-
um possit tamen reus post ter-
minum banni comparere dum-
modo solverit Camerario
com̃is ante suam responsionem
quadraginta solidos et aliter
non audiatur.

Qualiter procedatur in de-

fictis contra Reum compa-
rentem.

iij.

Statuerunt et ordi-
nauerunt q si Reus
accusatus uel inquisitus ad
mandata Judicis cōparu-
erit, et respondere accusa-
tioni uel inquisitioni volu-
erit, dato eidem prius cor-
porali iur.^to de ueritate
dicenda per Judicem re-
spondere teneatur accusa-
tioni uel inquisitioni sim-
pliciter confitendo, uel ne-
gando, et omnes exceptio-
nes tam dilatoriç q̄ perem-
ptoriç intelligantur et sint
tali respondenti omnimo
reseruatç, et post dictam
responsionem Reus tenea-
tur incontinenti satisdare
de Judicio sisti cū idoneis fi-
deiussoribus uno uel pluri-
bus approbato uel approbatis
p Camerariū cōis Urbisueteris
si poterit fideiussores prsta-
re, uel depositū facere penes
Camerariū de tota pena, si
pena imponenda esset pecu-
niaria, et prstita satisdatione
prdicta uel facto deposito pr-
dicto, nō possit detineri occa-
sione dicti processus, nisi post
publicationem processus contra
Reū qui negauerit appareat
legitima iudicia cū quibus
possit torqueri sm formā sta-
tuti, et qn apparerent legi-
tima Judicia citetur cū ce-
dula dictus accusatus uel in-
quisitus in qua appareat q cū
appareant legitima iudicia
contra eū de processu per eū
negato q compareat ad cōfitē-
dū ipsū delictū, seu delicta
quo uel quibus appareant
legitima iudicia uel ad su-
biciendū se torturç quod si
nō fecerit infra terminum
quinqz dierz et fuerit perso-
naliter citatus, uel si fuerit do-
mi citatus citetur iterū cum
cedula continente dictum
effectū et si in dictis termi-
nis nō cōparuerit habeatur
pro cōfesso et conuicto si
uero cōparuerit et voluer-
it se subicere torture sm
iudicia procedatur et in

omnem casū

omnem casu per quem ueni, ret pena corporalis imponen, da in defectu pecuniarie pr, stita satisdatione uel dato deposito accusatus uel inqui, situs nō possit detineri nisi modo subscripto et Judex post dictam responsionem et sa, tisdationem assignet partibus decem dierum uel plurium arbi, trio Judicis ad probandum et probationē habendum incumbenda per omnem speciem proba, tionis quo termino elapso si nihil fuerit oppositum feratur sntia, et si nō potuerint di, ctam satisdationē prstare quia fideiussores nō inuene, rit uel depositum nō fecerit ut supra dictum est, uel quia pe, na imponenda esset corpora, lis simpliciter uel sub cōditione mittatur in carceribus cōis et inde nō debeat relaxari donec fuerit integratr absolu, tus aut cōdenatus et sntia integratr exegutioni man, data, et notarius malltiorum teneatur facere copiam descri, bendo oīa acta cuicumque pe, tenti ad penā quinquaginta librarum den pro qualibet uice qua cōtrafecerit soluendam omnimodo et quod dictum est in fideiussore prstando per Reū et idem ratio sit et es, se intelligatur in accusa, tore et comparentibus sequatur processus in forma cū publi, catione processus et alijs que re, quiruntur que pectore sindi, cantis relinquntur dūmodo causa et processus expedia, tur prout sup existit decla, ratū in primo malltiorum sta, tuto si in prdictis uel aliquo prdictorum dicti officiales fuerit negligentes et remissi pro ta, li neglientia sindicentur et reperti culpabiles penas imponendas delinquentibus incurrant et soluere tene, antur nō obstantibus quod aliqua dictorum sollemnitatum fuerit omissa uel aliqua non obser, uata.

iiij

De pena imponenda accu, sationibus et sindicis Comitatus nō deferentibus malltia.

Ne mattia que occurrit
et fient ne remane-
ant impunita statuimus
et ordinamus q si quod de-
lictu comissu fuerit in ci-
vitate Urbisveteris burgis et
subburgis eiusdem per ali-
quem cuiuscumque gradus con-
ditionis et status existat c̄o-
tra aliquem in persona vel
rebus que tunc anteriores
regionis in qua mattium
comissu fuerit infra octo di-
es a die comissi maleficii te-
neantur et debeant vinc-
lo iuramenti et pena de-
cem librarum, et minori pe-
na arbitrio Judicis auferen-
da inspecta qualitate de-
licti ore tenus tamen denuntia-
re et revelare supradicto
dno Judici et eius curie di-
cta mattia seu delicta com-
missa cu testibus que inter-
fuerunt delicto si aut dictis
anterioribus fuerit protesta-
tu a die protestationis facte
infra tres dies teneantur, et
debeant pena viginti quinque
librarum pro quolibet delicto r̄-

ferre apportare et denuntiare
ut supra dictu est supradicto
dno Judici et eius curie et q
sic teneantur facere anterio-
res bannitu facere teneantur
officiales Urbevetani in prin-
cipio mensis regiminis eorum
q post bannimentu tenean-
tur et obligantur ad predicta
anteriores predicti et non antea,
et qui sentit onus sentire de-
bet et comodu, decreverunt
q supradicti anteriores sint
et esse intelligantur exem-
pti et immunes ab omni one-
re personali. Vz. a custodiis
sotie cavalcata et his simili-
bus in quibus vel ad que one-
ra nullo aliquo quesito color
ingenio facienda cogantur
per aliquos officiales et si quis
officialis in predictis contrafece-
rit decem librarum pena vi-
ce qualibet puniatur. Si aut
delictu aliquod comissu fuerit
vel perpetratu in comitatu Ur-
bisveteris vel destrictu quod sin-
dici plebariorum comitatus et
destrictus Civitatis predicte
teneantur et debeant vin-

culo iuramenti, et pena decem librarum pro quolibet sindico mattia, et delicta comissa in corpore plebeio Castro Villa vel uniuersitatis infra octo dies denuntiare et referre supradicto dno Judici à die maleficij comissi computandos cum loco, tempore, et testibus qui interfuerint delicto et alijs comitantibus. Si aut dictis sindicis denuntiatum est et protestatum fuerit tale delictum fore comissum, et non reportauerint et denuntiauerint ut supra dictum est dicto dno Judici infra quatuor dies à die protestationis factę, quod tunc ipsis sindicis incurrant penam uigintiquinque librarum ipso facto et nihilominus denuntiare teneantur dicta delicta comissa sub dicta pena.

De mitigatione penarum.

.V.

Si quis accusatus denuntiatus uel inquisitus in sua pria excusatione pure et simpliciter delictum fuerit confessus quarta pars penę pecuniarię imponendę ei remittantur, et si pacem habuerint ab offenso uel eius hęredibus et pacem ipsam in publicam formam ante sententiam produxerit coram Judice seu officialibus mattiorum de maleficio et delicto cognoscentibus alia quarta pars penę originalis tollatur et remittatur eidem, et si quis condemnatus condemnationem suam pecuniariam soluerit camerario comunis infra decem dies à die latę sententię, et condemnationis computandos si à tali sententia non fuerit appellatum, et si fuerit appellatum infra decem dies à die sententię latę per iudicem appellationum primam confirmantem remittatur quarta pars condemnationis eidem et si infra dictos decem dies dictam suam condemnationem non soluerit soluat et soluere teneatur et debeat duos solidos pro qualibet libra ultra condemnationem de eo factam.

MOV

In quibus casibus penę duplicantur.

.vi.

Delinquentibus et delicta committentibus in supradictis locis et temporibus penę statutę pro ipsis duplicentur et duplicari debeant si commissa fuerint in nostra venerabili ecclesia Cathedrali et iuxta et prope per triginta pedes et in tota platea dictę ecclesię et in quacumque alia curia in palatio alicuius officialis tam officialis civis quam forensis in platea maiori et populi in consilio seu parlamento exercitu, hoste, seu cavalcata, nuptijs, seu sponsalitijs, in luctu, seu funere alicuius defuncti vel quando iretur ad consilium pro ambasiata communis vel quando advocati et procuratores accederent ad palatium officij, illuc vel inde redirent domum habitationis vel in potheca propria vel conducta offensi iuxta et prope per quinquaginta pedes et in aliqua quacumque possessione offensi de nocte post sonum campanę quę pulsatur de sero pro penis duplicandis, et ante sonum campanę quę pulsatur pro die in aurora diei in festivitatibus et indulgentijs ro hi. NZ. corporis xpi et sti Britij de mense Novembris et in festivitatibus dni. NZ. in vigilia cum tribus diebus sequentibus in festo assumptionis beatę Marię Virginis de mense Augusti cum duobus diebus sequentibus et duobus precedentibus in die palmarum cum tota integra hebdomada sancta in pasca resurrectionis cum tribus diebus sequentibus et in diebus in quibus nundinę servarentur in festo carnis privij et pena semel duplicata ex una dictarum causarum non possit per aliquam aliam causam ulterius augeri, sive duplicari.

De pena non probantis accusam.

.vij.

Quicumq accusauerit ali-
quem de aliquo crimi-
ne ex quo pena mortis prin-
cipaliter uel in defectu ali-
cuius conditionis ueniret im-
ponenda, et ipsa nō probaue-
rit in quinquaginta libris
den. cortonensiu accusans
condēnetur. si aūt accusans
porrexerit de aliquo delicto
uel crimine ex quo sequi
deberet principaliter uel in de-
fectū alicuius conditionis in
aliqua alia corporalis pena
q mors tunc accusans condē-
netur et punietur in uigin-
ti quinq libris denariorum ac-
cusans uero aliquē de priua-
to carcere et probauerit di-
ctā accusā tunc in quinqua-
ginta libris puniatur et con-
demnetur in certis aut de-
lictis accusator nō probans
si pena ueniret imponē-
da pro tali delicto a quinqua-
ginta libris sus inclusiue tūc
in quinq libris puniatur, si
aūt imponeretur pena a
quinquaginta libr infra u-
sq ad uigintiquinq libris
inclusiue in quatraginta
solidis puniatur. si uero pe-
na ueniret imponenda
a uigintiquinq libris infra
in uiginti solidis puniatur
addentes q si accusator in-
uentus fuerit tergeuersari
et dolose et malitiose nō pro-
bare uel nō probari fecere
accusā porrectam q tunc
a prdictis officialibus dictus
accusator condēnetur penis
et banno qua puniti fuis-
sent accusati si fuissent cul-
pabiles reperti.

De abolitione concedenda
uel non.

VIIJ.

Quia primi motus nō
sunt in potestate do-
minū, statuimus et ordina-
mus q qui per errorē, uel
iudiam uel furorēm aliquā
accusā produxerit cōtra ali-
quē de aliquo delicto in qua-
cumq curia coram quocumq
officiale Ciuitatis urbisuetis
q talis accusator possit et ei li-
ceat ante sententiā primo pr-

stito corporali iuramento
q nō iracundię fecerit suro,
ris uel erroris siue accusā
renūtiare et eam detra,
here et hoc locū habeat et
obseruetur in maleficijs
et delictis tm̄ inquibus per
statutū imponeretur pena
decem librarū. et abinde in,
fra: primo et ante oīa pro
quolibet accusato uiginti so,
lidis solutis camerario dicti
cōis in dānis datis antē et
accusis dānorū datorū in re
propria uel cōducta et in
accusationibus de turbata
possessione quātcumq̄ quan,
titatis pena imponeretur
renūtiare liceat et possit si,
ne pr̄dicti iuramenti pre,
statione, et talis rēnūciatio
admittatur et recipiatur p
dictos officiales quādo cūq̄
antē sententiā solutis primo
quindecim solidis den̄ pro
quolibet accusato camera,
rio supradicto in maleficijs
uero pro quibꝫ imponitur pe,
na á decem libris supra re,
nūtiatio siue abolitio nulla,
tenus admittatur.

In quibus casibus quis potest
poni ad torturam.

.IX.

Quia sepe Judices gloriam
immoderatę seueritatis
affectant et et in leuibus et iu,
ris ordine nō seruato ad tor,
menta prorūpunt ideo sta,
tuerūt q nullus possit poni
ad torturā nisi in delictis
et criminalibus infrass. NB.
in crimine lesę maiestatis
proditionis, homicidij, furti
rapinę, robbarię, incendij, fra,
ctur omis, in debilitatione
membri, in uulneribꝫ in fa,
cie cū cicatrice, in uitio su,
bdomitico, in uiolatione mo,
nialiū, in sacrilegijs, in om,
nibus delictis cōmissis de nocte
in nocturnis depopulatoribꝫ
et deuastatoribus bonorū, in
falsitatibus, in destructoribus
defractoribus bonorū in pla,
giarijs, in assassinis, et fieri
facientibus assassinaria, in
crimine priuati carceris
seu priuatę detentionis et

in predictis delictis, seu crimi-nalibus nullus possit poni ad torturã nisi præcedentibus legi-timis inditijs quorum inditiorum te-nentur dare copiam cuilibet postulanti et terminum competentem quinque dierum, et plus ar-bitrio Judicis ad reprobãdum in-ditia, et super ipsis inditijs alle-gationes audire teneatur an-tequam ad torturã deveniat, et si officiales contrafecerit puniat' in quinquaginta libr. den. in quolibet dictorum casuum et cre-datur de tortura iuramento tor-mentati cum quatuor testibus de publica voce et fama vel per unum idoneum testem de visu.

De sententijs ferendis et mo-do in ipsis retinendo.

.X.

Sententiæ sive corporales si-ve pecuniariæ sint feran-tur per officiales Potestatem vel capitaneum in cuius curia de delicto processum extitit in eorum palatijs ad solitum bancum iu-ris maleficiorum hoc ordine quia per unum diem antea ad lo-giam dicti eorum Palatij per præ-conem cõis publice banniri fa-ciant quod quicumque aliquid fa-cere habet in eorum curijs pro delictis aliquibus quod compareat et comparere debeat die sequen-ti post bãnum hora consueta ad audiendum sententias que super di-ctis delictis fieri debent et hoc bãnum sufficiat ad sen-tentiã audiendã, et die quo sententie ferri debent de mane per præconem bãniatur con-silium generale quod ueniant hora sententiarum ferendarum ad sonum campane, que campa-na pulsari debeat ante sen-tentias ferndas tribus vicibus ordine et more consuetis in quo quidẽ consilio per dictos officiales sententiæ ferantur cum presentia notarij camerarij et testium fide dignorum qui notarius ha-beat et habere debeat a dictis officialibus in cartis pecudi-nis de verbo ad verbum in publicã formã copia dictarum sententiarum quã copiã ad cãme-rã cõis portet et admittet et alia sententia principaliter per nota-

uis mattiaz scriptis in cartis ba,
bicinis publicate in publicã for,
mam remaneant, et re,
manere debeant pares dictos
officiales.

De exequtoribus sententi,
arum per officiales fiendarum.

.xi.

Cum parũ esset sententias
ferre nisi debite execu,
tioni mandarentur ideo san,
citũ est, et ordinatũ fuit quod
officiales teneantur, et debeãt
omnes s'ntias eorum tempore la,
tas et etiã processus debite exe,
cutioni mandare et ipsas
exequi infra viginti dies post
decem dies qui in s'ntijs appo,
nuntur numerandos et cõ,
putandos si p'dicti cõdemna,
ti p'stiterint fideiussores ut
aliquid haberent de quo dicta
exequutio fieri possit de quibus
cõdẽnatis diligens inquisi,
tio, et discussio fieri debeat
si aliquid habeant vel ne et
in p'dictis vel aliquo p'di,
ctorum supradicti officiales repe,
rint negligentes cõdẽnatur
in simili pena qua cõdẽnatus
soluere tenebatur declaran,
tes quod si supradicti officiales in,
fra dictos viginti dies execu,
tionem in aliquo casu vel
causa nõ fecerint quod teneãtur
ultimum facere tempore eorum
officij quã si fecerit media
pena quã incurrissent per
exequutionẽ nõ factam di,
ctis officialibus diminuatur.

De pena blasfemantiũ et
coniurantiũ Deũ, virginẽ
Mariã, et alios sanctos.

.xij.

Quia per blasfemas subuer,
siones terrarum, terremo,
tus et pericula humano gene,
ri oriuntur, statuerunt, et or,
dinauerunt quod quicumque blasfe,
mauerit Deũ aut gloriosam
virginem Mariam seu tur,
piter maledixerit penã sol,
uat quinque libras den. sine
aliqua diminutione pene vi,
ce qualibet puniatur qua blas,
femauerit, et si dictã penam
nõ soluerit infra quindecim
dies fustigetur per totã terrã
et amputetur

et amputetur ei lingua si vero
alios sanctos vel sanctas blas-
femaverit seu maledixerit
puniatur pena decem librarum
pro qualibet vice sine aliqua
diminutione et stetur sacra-
mento denuntiatoris cum uno te-
ste bone fame in casibus supra-
dictis accusatori seu denuntia-
tori teneatur credentia nisi
peteret declarari seu nomi-
nari testem vel testes testem
vel testes reprobaret, et officia-
les predicti ex eorum officiis possint
invenire predicta et teneantur
vinculo iuramenti inquisi-
tionem facere ad petitionem
cuiuslibet postulantis. si vero
iuraverit per corpus seu sangui-
nem Xpi, aut Virginis Marie
in modum voti vel aliter loquendo
solvat pro qualibet vice de fa-
cto solidos viginti si vero iu-
raverit per vulvam vel ali-
ud membrum dispectuosum dei
vel virginis Marie solvat pe-
nam decem librarum de facto
pro qualibet vice aliqua sine
diminutione et credatur et
stetur iuramento accusatoris
honesti tamen et bone fame et
teneatur in credentia si
vero iuraverit per sanguinem
seu corpus aliorum sanctorum et
sanctarum solvat decem soli-
dos pro qualibet vice de fa-
cto ut supra et predicti officiales te-
neantur et debeant in prin-
cipio sui officii banniri facere
publice in locis consuetis dicte
Civitatis et inquisitionem
facere de predictis qualibet
mense.

De pena homicidij et vene-
ficij.

.xiij.

Cum facies hominis creata
sit ad similitudinem
celestis maiestatis quam extin-
guere nephas est et scelus ne-
fandissimum statuerunt, et ordi-
naverunt quod siquis vel siqua
hominem occiderit vel occidi fe-
cerit pena capitis puniatur,
et omnia bona dicti occisoris mo-
bilia et immobilia Comuni Urbeve-
tano confiscentur et applicen-
tur nisi extarent descenden-
tes per lineam directam que si de

113v

ocidere fieret iustitia et pe,
na capitis sublineret. tunc
bona supradicta nō applican,
tur cōi sed solūmodo madi,
etis de scēdētibus rstingeatur
et inomnē casu detrahātur
dotes mulierū et alia debita
que de iure detrahi debant
addentes et declarātes q dic,
tus homicida ab omnibus in ci,
uitate burgis comitatu et da,
strictu possit capi, impediri,
arrestari, detineri, et offendi
usq ad mortem inclusiue
sine aliqua pena et dictū
homicidā uiuū seu mortuū
curie p̄dictorū officialiū pre,
sentare seu notificare infra
terminū trium dierū à lieca,
ptionis siue mortis de dicto
homicida facte teneatur si
aut p̄sentare seu notificar
neglexerint capientes homi,
cidam uel mortem seu per,
cussiones in eū inferentes
tunc et eo casu tales penam
centū librarū denr̄ incurrāt
si aut quis ausu temerario
et diabolico, p̄sumserit ali,
quem ueneno ocidere, et
extinguere, pena capitis puni,
atur, et bona ut supra publi,
centur, et confiscentur. si aut
attentauerit ueneno extin,
guere et ad actum proximū
deuenerit, et nō perfecerit,
penā quingentarū librarū denr̄
incurrat quam si infra ter,
minū statutū nō soluerit am,
bobus oculis excecetur et pri,
uetur.

De offensionibus et percussio,
nibus factis cū armis et lapi,
dibus, et quod liceat percusso,
repercutere percussorē suū.
xiiij.

Et omnis malitia delin,
quere uolentibus tota,
liter auferatur, statuerūt, et or,
dinauerūt q si quis uel si qua
aliquem percusserit studio,
se cū cultello, ense, falcione,
lanceas, sbiedo, triferro,
claua ferrata, uel ferrea,
mannaiola, secure uel ac,
cetta, beuda canare, braccia,
iola, massa ferrata, zappa
ferrea, bidente, aliquo ligno
malitioso, uel ferrō, uel qui,

buscumque aliis generibus armorum
malitiosis, si in facie et sanguis
exierit in ducentis libris puni-
atur pro qualibet percussione
et vulnere et si signum vitu-
perabile et enorme vel cica-
trix remanserit perpetuo vel
remansura fuerit in facie di-
cti percussi, quod tunc et eo ca-
su pena duplicetur, de quo si-
gno vel cicatrice stetur et cre-
datur iudicio medici communis
vel officialium eligendi; quam
quidem penam si solvere non
poterit infra tempus statutum
eidem manus penitus am-
putentur, si autem sanguis non
exierit percutiens cum dictis
armis in facie in centum
libris puniatur et si dictam pe-
nam solvere non poterit infra tem-
pus limitatum fustigetur per
totam civitatem in locis publi-
cis et consuetis, et sic fustigatus
relaxetur sine pene predicte
solutione; si quis autem percus-
serit in capite seu vulnera-
verit cum dictis armis cum san-
guine in centum quinquagin-
ta libris puniatur pro qualibet

vulnere, et percussione, et si
ossis fractura intervenerit,
sit pena duplicetur de quo
verbo medici stetur ut supra.
Si autem sine sanguine in ca-
pite cum dictis armis percusse-
rit in septuaginta quinque
libris puniatur pro qualibet per-
cussione, addentes quod in om-
nibus casibus supradictis fi-
deiussores dari et prestari de
solvendo possint ac accepta-
ri per officiales debeant appro-
bari ut statutum est per camme-
rarium itaque commune perfecte
et effectualiter cautum sit. Sive-
ro oculum nasum manum pe-
dem maxillam vel aliud mem-
brum percussus amiserit, per-
cutiens seu vulnerans in
quatringentis libris denariorum pu-
niatur, si vero percussus di-
gitum manum vel pes vel aliud
officium membri amiserit in
totum vel in partem de ipsis
debilitatus fuerit pro quolibet
predictorum in ducentis libris
condemnetur, si vero de tem-
pus cadere fecerit cum armis
predictis puniatur in centum

libris pro quolibet dente.
Si quis autem percusserit in a-
lia parte corporis cum predictis
armis si cum sanguinis effusi-
one in centum libris pro qua-
libet percussione puniatur si
autem sine sanguine in quin-
quaginta libris denariorum pu-
niatur, si autem cum lapide, ba-
stone non ferrato uel alijs
armis percusserit in facie
cum sanguine in libris
quinquaginta, si sine san-
guine in libris uigintiquinque
si sanguis non exierit in
libris decem puniatur pro
qualibet percussione, si ue-
ro liuor sanguinis interue-
nerit in supradictis casibus
seu quocumque ipsorum pro sangui-
nis effusione habeatur et re-
putetur, uolentes ac statu-
entes quod si quis lanceaue-
rit iniuriose contra aliquem
aliqua arma malitiosa et
acta ad mortem seu percussi-
ones graues et non percusserit
quod tunc et eo casu centum li-
bras nomine pene soluere
teneatur et sic sit, et intel-
ligatur de sagittatione et ba-
listatione cum sagittis. Si uero
baculus uel lapis proiecti fu-
erint tunc proicientes Iu-
dicis arbitrio puniantur, con-
sideratis supradictis armis et
persona delinquente et iniu-
riata, si qua autem persona cum
armis aliquem percusserit et sta-
tim fuerit repercussa quibuscumque
armis a percusso, qui postre-
mo percussit non soluat penam
addentes quod percutientes cum
dictis armis, et uulnerantes
cum sanguinis effusione cogan-
tur, teneantur et debeant
omnes expensas et medica-
menta dicto percusso reficere
et resarcire si autem aliquis
adminauerit contra aliquem
cum dictis armis puniatur in
decem libris.

De pena percutientium sine ar-
mis et spuentium in facie uel
alia parte corporis et quod lice-
at percusso repercutere per-
cussorem. XV.

Et delicta non remaneant

impunita, et pena condigna
sequatur, statuerũt et ordi-
nauerũt q si quis uel siqua
manu uacua percusserit ali-
quem in facie pugno uel ala-
pa uel alr et sanguis exiuerit,
pro qualibet percussione et sã-
guinis tumefactione in uigin-
tiquinq̃ libris den̄ puniatur.
si uero quis aliquem in capite
seu gula percusserit manu ua-
cua nõ sanguine pro qualibet
percussione penam quinde-
cim librarũ incurrat, et si
sanguis nõ exierit de capite
uel gula p̄dicta penã decẽ
librarũ soluere teneantur in
capite uero sine sanguine pe-
na quinq̃ librarũ puniatur si
uero quispiam percusserit in
alijs partibus corporis manu
uacua pro qualibet percussi-
one et calce cũ sanguinis effu-
sione penã decem librarũ sol-
uere teneatur, si uero sine sã-
guine penã librarũ quinq̃ in-
currat. Si aũt aliquis alicu-
ius barbę pilos traxerit muti-
lauerit pena uigintiquinq̃
librarũ puniatur, et si in ter-
ram cadere fecerit et sanguis
exiuerit libras uigintiquinq̃
penę nõie puniatur si sine
sanguine in decem libris pu-
niatur, si impinserit et fecerit
cadere in terram nomine
penę centũ solidos soluat, si
quis aũt p̄ pannos ceperit et
laceratio aliqua interue-
nerit q tunc et eo casu in
quinq̃ libris puniatur et dã-
num emendet. Si uero ad-
minatio interuenerit ma-
nu uacua centum solidorũ pe-
nã incurrat pro qualibet ad-
minatione dũmodo dicta
adminatio fiat de propin-
quo inter iniuriantẽ et in-
iuriatũ per unũ passũ. Si
quis aũt aliquem p̄ capillos
ceperit seu discapellauerit
aut capitiũ de capite extra-
xerit manu uacua tunc et
eo casu pro qualibet uice in
omni casu penã decem librarũ
incurrat addentes qđ ī percu-
tiens indistincte equali percussi-
one percussorem suũ nõ tenea-
tur ad penã addentes q si quis
spuerit in faciẽ alteri aliquẽ

puniatur pena decem librarum
si autem in alia parte corporis
puniatur pena quadraginta
solidorum.

De Assassino et fieri facienti assassinariam et delicta.

.XVI.

Statuerunt et ordinaverunt quod quicumque aliquem prece pretio vel aliqua re data vel recepta seu promissa offenderit et ex tali offensione quis moriretur dictus assassinus trasinetur per totam civitatem in locis publicis et consuetis ad caudam asini quo trasinato ducatur ad locum iustitie consuetum et ibidem caput a spatulis eidem amputetur ita quod penitus moriatur et bona sua publicentur et applicentur hereditatibus communis ut supra statutum est in homicidio si autem contumax fuerit in supradictis penis condemnetur et puniatur fieri autem facere supradictas penas incurrat. Si autem dictus Assassinus et delictum committens per assassinariam aliquem offenderit et ex tali offensione mors non sequatur tunc talis offensor penam duplicatam incurrat attentis statutis de talibus delictis loquentibus fieri autem mandans talem assassinariam et delictum substineat et habeat penas duplicatas pensatis et attentis statutis de tali delicto loquentibus et in supradictis casibus fieri facientes et si dicti Assassini contumaces et inobedientes nostris officialibus quod tunc ultra supradictas penas predicti officiales habeant arbitrium, potestatem, et baliam contra prefatos contumaces et inobedientes condemnandi prout eis convenire videbitur secundum qualitatem personarum et delicti et si supradicti officiales in predictis fuerint negligentes pro quolibet et qualibet vice penam quinquaginta librarum incurrant addentes quod supradicti assassini et fieri facientes assassinariam penas pecuniarias supradictis infra tempus statuti et limitatum cum effectu non solverit quod tunc et eo casu manus dextra talibus

pertractibus incidatur itaque
brachio separetur.

De pena insultantis cũ armis
uel sine armis et de pena p=
hibentis alicui ne transeat
ante domũ suam.
.xvij.

Vt pax et requies in nr̃a
Ciuitate cõseruetur et
maleficijs inquãtũ possemus ob=
uietur, statuimus, et ordina=
mus q̃ si quis aliquẽ insul=
tauerit cũ aliquo gener̃ armo=
rũ ad domũ, apotecã, capũ,
uineã, aream, hortũ propri=
um, uel cõductũ uel ad eccle=
sias uel qñ irẽt ad palatiũ ali=
quorũ officialiũ ciuiũ, uel foren=
siũ uel q̃ ad nuptias uel funus
uel dũ morãtus sociaretur a=
liqua mulier bone famẽ q̃ tũc
insultans cũ dictis armis ui=
gintiquinq̃ libras nõte pene
soluere teneatur in alijs aut
locis et casibus quam supradictis
dictis insultans medietatem
penẽ incurrat. Si aũt quis
insultauerit aliquẽ sine ar=
mis in locis et casibus supra=
dictis et specificatis insultans
decem librarũ penã soluer̃
cogatur. Si aut in alijs locis
sine armis quinq̃ libras de=
nariorũ persoluant. Siquis ue=
ro insultans associauerit qui=
libet associans penas supradi=
ctas soluere teneatur quas et
ipse insultans addentes q̃ ã
p̃dictis insultantibus insul=
tati possint se defendere cũ
moderamine inculpatẽ tute=
le addito q̃ nullus possit alicui
prohibere ne transeat ante do=
mũ suã nisi esset rectus uici=
nalis in quo domũ nõ haberet
transiens ad penã decem li=
brarũ.

De pena dicentis alicui uer=
ba iniuriosa.
xviij.

Quia per uerba iniuriosa
rixẽ et scandala oriun=
tur, statuerũt et ordinaue=
rũt q̃ quicunq̃ protulerit seu
dixerit uerba iniuriosa cõtra
aliquẽ .videlicet. traditor̃, falsa=
rio, latro, cornuto, uel alia
similia uerba sine consilio

unq̄ tempore debeant admitti
p̄ officiales nr̄e Civitatis, sed
potius tolli, lacerari, et annul-
lari, et p̄ducentibus, et uetantib;
privilegijs, seu r̄scriptis quibus-
unq̄ pena sit mille librar̄ den̄
quā ipso facto incurrat et in p̄r-
dictis, et quilibet p̄dictor̄ officia-
les dicte nr̄e Civitatis debeant
et haber intelligantur arbitriū,
baliā, et potestatem oīodam in
p̄cedendo, cognoscēdo, et puni-
endo de p̄ntibus, p̄teritis, et fu-
turis oī tp̄re et p̄petuo habere
et secur oī modo quo melius
fieri pōt de quib; sindicari nō
ualeant nec possint et officia-
les p̄dicti uinculo iur̄ti et pena
mille librar̄ den̄ p̄ qualibet
vice teneantur, et debeant oī
mense eor̄ r̄gimi nis inquirer
et solemniter inquisitionē fa-
cer, et r̄pertos culpabiles, vel
occupantes cōdemnar et pu-
nire penis supradictis et in ma-
ioribus prout dictis officialibus
videbitur et placebit.

Quod nullus exeat aliunde
q̄ per portas nec et intret.
LXXX.

Si quis aliunde q̄ per por-
tas Civitatis nr̄e intrauer-
it uel de ea exiverit de die
vel de nocte penā quinq̄gītar
librar̄ soluer cogatur et cōpella-
tur fide habita saltim p̄ unum
testem bone cōditionis, et fame
de uisu probantē cuius dicto
et testimonio cr̄datur, et sta-
tur, et ad exequtionē dicte pe-
ne procedi possit et atr non
et quilibet possit denuptiar et
accusar, et porte intelligant'
et sint oēs ille que cū cla-
vibus aperiuntur, et clauduntur.

De pena accedentiū ad mona-
steriū monialiū.
LXXXI.

Ne sacra et deo dedicata

corrumpantur, et inquantu
possumus incorrupta persiste-
re salubriter, statuimus et or-
dinamus quod nulli liceat ad a-
liqua monasteria monialium
accedere sine expressa licentia
officialium presidentium in Civi-
tate Urbisveteris ad penam centa-
rum decem librarum denariorum
pro qualibet vice, et quolibet
exceptis mulieribus et medi-
cis euntibus ad medicandum
dictas moniales et ipsarum ali-
quam, et exceptis famulis ipsa-
rum molendinariis ablatoribus ipsa-
rum monialium et laboratoribus
portantibus fructus possessionum
earum quibus liceat impune
accedere et sine pena: Addentes
quod reperti per officiales infra-
genti crimine culpabiles de
predictis supradictam penam sol-
vere cogantur ipso cuius officii
ali simplici verbo statur, et cre-
datur.

Quomodo et que moneta ex-
pendi debeat in nostra Civita-
te, et iurisdictione
LXXXII.

Nulla Moneta expendi
debeat in nostra Civitate,
comitatu et districtu eiusdem
que fabricata fuerit seu fabri-
caretur in nostra Civitate et iu-
risdictione licite et iuste et de
mandato dominorum Conservatorum et
consilii balie communis dicte Civita-
tis de qua licentia apparere de-
beat solemne et publicum instru-
mentum et in forma et si quis
aliter fabricare presumpserit pu-
niatur pena iusta in statuto
contenta. si autem moneta fabri-
cata in nostra Civitate, Comi-
tatu, vel districtu non reperire-
tur tunc illa moneta intelli-
gatur licita et expendi possit
que in tassata premisse ordina-
ria et formata fuerit per supra-
dictos dominos Conservatores vel
Consules mercatorum dicte Civita-
tis et que communiter currit in
Civitate Urbisveteris et que non sit
reprobata: Qui autem aliam mo-
netam portaverit a viginti soli-
dis usque pro qualibet moneta
et qualibet vice viginti quinque
librarum denariorum incurrat decer-
nentes, et statuentes quod dicte mo-

neta reprobatę sic repente inci-
dantur et incidi debeant per
mediũ quibus incisis, et pena
soluta restituantur, et restitui
debeant dnis ipsoꝝ Addẽtes
q̃ licitum sit publicis capsori-
bus palam bandum retinen-
tibus, et ẽt oneratoribus p̃aro-
ꝝ descriptis et approbatis in
maticula p̃dictas monetas
ad eoꝝ manus uenientes per
medium incidere quas d..e-
tis restituere teneantur dnis
p̃fatoꝝ sicq̃ si falsas inuene-
rint incidere teneantur. pos-
sint, et eis liceat sine fraude
et dolo si aũt dolose incisa fu-
erit nõ recte nec iuste de ta-
li dolo cognoscendo, et puniẽn-
do ad discretionem officialium
puniantur.

Quod liceat dño uel magistro
familiam suam uerberare.

LXXXiiij.

De familia quam quis suis sum-
ptibus tenet seruos uel ancil-
las aut alios uel alias merce-
de cõductos si dñus uel alius de
familia uerberauerit uel ma-
gister discipulũ moderate tñ
non soluat bannũ et si aufu-
gerit possit eũ dñus et magr̃
reducere sine pena, modera-
men aũt intelligatur qñ ex
tali uerberatione seu percus-
sione nõ sequatur homicidiũ
uel qd membrũ perdat, et in
p̃dictis nõ possit Potestas pro-
cedere nisi per accusam.

De Arbor̃ pendente super re
alicuius.

LXXXiiij.

Si Arbor alicuius pende-
ret super re alterius il-
le super cuius rem pendet pos-
sit illam partem que pende-
ret super re sua colligere et
incidere sine pena et ille cu-
ius est arbor, que pendet sup
re alterius teneatur incidere
partem arboris si pendentis
infra unũ mensem postq̃ fue-
rit requisitus à dño rei sup
qua dicta arbor pendet co-
ram duobus testibus quod si
nõ fecerit soluat quatragin-
ta solidos, et nihilhomĩ arborem
incidere teneatur.

De liga aequaiali seu aquatorii, et canali nõ claudendo, frangendo, uel aperiendo.

LXXXV.

Quicumq; ligam fregerit, uel extorserit malitiose, seu clauserit aliquod aequiale seu aquatorii, uel canalẽ molendini seu aperuerit soluat p pena quatraginta solidos qualibet uice et quod factũ est in statũ pristinũ reducatur, et de nocte decem librar denꝫ incurrat et stetur iur^to dni pr̃dictorum saluo q; hoc capitulum nõ pr̃iudicet creditoribus, nec illis qui ius deriuandi aquam habent et cõsuetudine uel prece hns. aut molendinũ p totũ mensẽ Februarij teneatur facere uiaquatoriũ aque dicti molendini taliter q; aqua que exiuerit reducatur et qui contrafecerit soluat centũ solidos et nihilominus hoc facere teneantur additum q; ad eandem penã teneatur qui clauserit aqueductũ per quem aliquis est solitus aquã ducere ad dirigandũ poss̃s quã penam et illa soluat qui aquam deriuauerit p possessionẽ alicuius dni cui de iure facere nõ licet.

Quod nullus deferat ligna ad Ciuitatem nisi de mensura.

LXXXVI.

Nullus deferat ligna ad Ciuitatẽ ad uendendũ minoris longitudinis duorũ pedũ et dimidij, et qui cõtrafecerit soluat uiginti solidos eandem penã soluat qui portauerit palos nouos ad uendendũ aut uendiderit minoris longitudinis quinq; pedũ ad penã cõis et intelligatur incurrisse penam si in salmis lignorũ ã quatuor stellis sup̃ et salma palorũ ã decem supra et credatur iur^to emptoris que ligna uendi debeant in platea lignorũ, et alibi sub dicta pena et hoc potestas teneatur uinculo iur^ti bannire facere per totam Ciuitatem, et p lr̃as notificare per totũ comitatum in principio

in principio sui regiminis, quod si nō fecerit perdat de suo sa-lario centum libras dēn et ad prædicta quæ nō sunt de nrā Jurisdictione non teneantur.

Quod nulla cōmunantia nrī destrictus eligat in eius officio aliquam personam nisi de Ci-uitate Vrbisueteris.

LXXXVij.

Nulla cōmunantia ali-cuius terræ uel castri nrī destrictus eligat in eius of-ficialem aliquam personam nisi de Ciuitate Vrbisueteris et qui contra fecerit in centū libris dēn puniatur uice qualibet super quibus Potestas teneatur in-quirere et contrafacientes cōdem-nare, et qui fuit uel fuerit in aliquo officio in comitatu Vr-bisueteris inde ad tres annos in eodem nullatenus esse possit.

De cōdemnationibus exigē-dis.

LXXXViij.

Omnes et singulæ cōdem-nationes latæ et ferendæ in quibus nō essent dati fideius-sores de soluendo pena appro-bata per Camerarium cōis ut supra plenius disponitur cō-tra dictos tales cōdemnatos sic exequantur. vz. contra illos contra quos possent executio-nes fieri et qui possiderent uel aliquid haberent in dicta Ciuitate, comitatu uel districtu. vz. quod elapsis decem diebus à die latæ snīæ seu cōdemnati-onis, si ab ea nō fuerit iuridice appellatū, Potestas seu Judex malleficiorum notificet dnīs cōser-uatoribus pro tpre existentibus talem esse condemnatū et nō comparuisse, et quod dederit sibi extimatores ad extimandum bona dicti cōdemnati seu ex-bannitū, et dicti extimatores uocati per dnūm Potestatem de-feratur iuramentū de exti-mando rite et recte sm̄ con-scientia ōia bona mobilia et immobilia dicti exbanniti, qui extimatores ut supra electi tenea-tur ad penā uiginti quinque flo-renorum dictam electionem ac-ceptare, et perquirere ōia bona

dicti talis exbanniti tam in
catastris cois q alii quicumq
uia una cum sindico cois
et ipsa bona extimare, et
in scriptis dare dictam exti,
mationem, et inuentarium
dictorum bonorum, distinctim, et
separatim extimatorum dicto
dno Potestati, et ipse dns Po,
testas teneatur facere scribi
et registrare supradictam exti,
mationem, et inuentarium
bonorum per notarium malleficiorum
et p cancellarium dicti cois, qui,
bus sic peractis dictus dnus Po,
testas debeat bannire facere
ad logiam palatij eius solite
residentie q quicumq debeat
aliquid habere a dicto tali
exbannito, seu aliquod ius
haberet in dictis bonis debeat co,
parere coram ipso dno Potestate
infra terminum decem dierum
tunc proxime futurorum ad osten,
dendum et probandum iura sua,
et si aliquis compareret in dicto
termino qui se diceret credito,
rem vel aliquod ius habere
in dictis bonis deferatur ei,
dem primo et ante oia iura,
mentum p dictum dnum Potesta,
tem q credat se petere iuste, se
ius habere in dictis bonis, et si
denegauerit iurare non au,
diatur ulterius, si aut iura,
uerit, et postea legitime proba,
uerit per instrumenta uel te,
stes, vel aliud legitimum modum
crediti sui, vel ius suum, dnus Po,
testas, vel eius Iudex pro ea
rata que fuerit declarata in
dictis bonis, faciat assignari,
dummodo dictum creditum fuerit
contractum per annum antequam fe,
cit commissum dicti malefici,
um, et elapsis dictis decem
diebus, ut supra pr̄mittitur do,
minus Potestas cogat, et cogere
debeat in Palatio proximi,
ores consanguineos dicti talis
condemnati ad emendum di,
cta bona extimata ut supra
et quae non essent adiudicata
alicui creditori, seu ius habenti
ut sup pr̄mittitur, et debeat
relaxari dictis emptoribus quar,
ta pars totius extimationis de qui,
bus bonis fiant quinque partes
de quibus fratres Carnales te,
neantur emere tres partes, et

alias duas partes fratres conso-
brini, et si non essent dicti fra-
tres dnus Potestas cogat proxi-
miores dicti talis condemnati
habiti respectu tam plus et mi-
nus ad qualitatem gradus, et
personarum prout sibi melius
videbitur, et dictas pecuni-
as recipiendas, et extrahendas
de dictis pretijs et extimatio-
ne faciat dictus dnus Pote-
stas pervenire ad manus ca-
merarij cois, et annotari et
describi in dicta condemnati-
one dicti talis condemnati, et
si dicta bona valerent ul-
tra dictam condemnationem
dictus dnus Potestas faciat
assignari tot bona quot suffi-
ciant pro dicta condemnatio-
ne soluenda servatis tn su-
pradictis.

Quod unicuiqz liceat cape-
re exbannitum.

LXXXIX.

Vnicuiqz liceat capere
et detinere ac arre-
stare exbannitu et condena-
tum dicte Civitatis pro aliquod
maleficiu, et si quis exbanni-
tum ceperit et cu in mani-
bus, et fortia curie dederit et
assignaverit habeatur quar-
tam partem pene si qua
dictus captus apparerit conde-
natus.

De gratijs faciendis de penis su-
pradictis.

XC.

Volens aliquis condemna-
tus dicti cois habere ali-
quam gratiam a dicto coi
de eius condemnatione non
audiatur nec eius supplica-
tio audiri nec admitti pos-
sit quin prius habuerit pa-
cem ab offenso qua offende-
re teneatur manu publici
notarij et soluerit camera-
rio cois decem solidos pro quo-
libet floreno, seu condemna-
tionis.

Qualiter apodixe in condem-
nationibus debeant compen-
sari.

XCI.

Quicumqz noster Civis

vel Comitatinus fuit, vel fue-
rit condemnatus per Curiam
communis Civitatis Urbisveteris oc-
casione cuiuscumque maleficii, et
delicti, et pro ipso condemnato
in dicta curia fideiusserit
ante condemnationem vel po-
stea talis condemnatus, vel fi-
deiussor, et quilibet eorum possit
et eis liceat omnes eorum cuiuscum-
que ipsorum apodixas ex quibus ap-
pareret talem condemnatum et
eius fideiussorem debere habe-
re aliquam quantitatem pe-
cuniae a communi Civitatis
predictae quae in ipso appara-
rent manu cancellarii com-
munis in forma superius
traditam, non requisitis ab a-
liis compensare, et compensari
facere in quantitate condem-
nationis, quam solvere de-
beret communi predicto.

T. 4

De Modo et ordine proceden-
di in causis damnorum datorum.

Rub. .i.

Quod Judex sive officialis de-
putatus ad officium dãno-
rum datorum habeat plenã au-
thoritatem procedendi et pro-
cessum faciendi per totum terri-
torium Civitatis Urbisuete-
ris, comitatus, fortie, et distri-
ctus, et repertos culpabiles pu-
nire, et condemnare, procedere
per inquisitionem, et adpetiti-
onem alterius ex suo et officio
ad querelam et denumptiã
fieri possit pro dictis dãnis da-
tis inveniendis, et puniendis;
et quae per Castra, et pleberia
dictae Civitatis sunt statuta or-
dinata, et concessa per cõitatem
et Cives ipsius quod in illis locis, si-
ve Castris, aut plebereijs in qui-
bus sunt statuta concessa per cõmu-
nitatem Urbisueteris et annua-
tim cõnecta per correctores Urbis-
veteris, dicti officiales nõ possint
procedere contra illos de plebe-
rio, et dictis dumtaxat Castris
nisi sub forma statutorum illius
Castri, sive plebereij in suis pos-
sessionibus Civium de quibus
dicti sive dãnis in dictis
possessionibus Civiũ inter of-
ficiales Civitatis et comi-
tatus habeat locũ preveniendo,
et hoc locũ habeat in praeteri-
tis, et futuris contrarijs nõ ob-
stantibus. Itaque dictus Judex
sive officialis teneatur, et debe-
at recepta accusatione, vel
denuntiatione querelae, vel
inquisitione formata, et fa-
cta inscriptione in termino
trium dierum mittere copiã ad
cameram et in cancellaria com-
munis omniũ inquisitionum cũ
effectu sui delicti temporis et
loci commissi in casibus in qui-
bus venisset pena imponenda
quindecim librarum et abinde
supra abinde vero infra non
teneatur et antequam citari fa-
ciat denumptiatos per officia-
les, vel custodes celatos serve-
tur illud idem, et hoc facto ci-
tari faciat reũ cũ cedula in-
frascriptis continentem effectũ ac-
cusationis, denumptiationis, querelae, sive
inquisitionis ad domũ bis
cũ affixione dictae cedulae vel

semel in persona, in Ciuitate et Burgis cū interuallo, et termino unius diei, in co, mitatu uero semel tm̄, in persona, uel ad domū cū ter, mino duoꝝ dieꝝ, et q̄ suf, ficiat semel qn̄ quis bis cita, tur domi in Ciuitate habuisse Citationem inscriptis et aliā oretenus, et si nō uenerit fa, ciat eū poni in banno cū ter, mino triū dieꝝ in Ciuitate, in Comitatu uero cū termi, no quinq̄ dieꝝ quo facto possit procedere seruato et nō ser, uato iuris et statutoꝝ cōis or, dine et solemnitatis, et sub, stantialibus prētermissis dū, modo cōparenti in dicto termi, no assignetur terminus ad de, fensionem faciendā quinq̄ dieꝝ, et ferat sntiam in sui, pēis bannitos prius cōsilio gene, rali dictę Ciuitatis diē prēcedē, ti ad domū residentię dicti dominij iudicis in qua ius rē, ditur prēmissa per dictū bānū pro clamatione de omnibus qui habuerent fuere in dicta curia.

Quomodo debeant citari fo, renses.

.II.

Item q̄ forenses extra de sci, etium citentur sono tubę prēmisso in dicto loco cū affixi, one cedulę cōtinentis effectū inquisitiōnis, denūptię, uel ac, cusę in ualuis residentię prēdi, ctę cū termino statuendo per dictū Judicem pm̄ distantiā loci dicti forensis, quo terio elapso ponatur et in bāno cū dicto terio statuendo per di, ctū Judicem quo ordine ser, uato nō possit ipsius processus sententia irritari, et q̄ ine, ptitudo processus nō habeat ui, tiare ueritatem rei nec ir, ritari facere sntiam, quę, cātendię datę debeant noti, ficari per bayo.rē dictę curię in scriptis et a diē notificati, onis currat terminus et non prius.

Quando pōt interuenire pro, curator.

.iij.

Item q̄ in dictis causis dā,

nos datorū coram Judice pos,,
sit interuenire proc.or in dan,,
nis datis ubi ueniret pena
imponenda octo librarū et
abinde supra et quicquid
actū esset per procuratorem
ualeant et teneant abinde
uero infra interuenire nō
possit nisi uerteretur questio
dñi.

De Instantia appellationis.

.iiij.

Item q quicūq appella,,
uerit, aut de nullita,,
te dixerit a quacūq sēdēnati,,
one, seu grauamine dānorū
datorū si nō prosequitur et fini,,
erit appellationē suā infra ui,,
ginti dies utiles de iure nō pos,,
sit amplius audiri et sententia
ipsū exequutio exequatur et si
nō prosequutus fuerit infra uigi,,
ti dies ut sup q instantiā di,,
cte cause appellationis, et nul,,
litatis nō duret nisi p dictos di,,
es ut supra incohandos a die
appellationis, et a die quo de nul,,
litate fuerit dictū, et q in causa
appellationis, et nullitatis dā,,
norū datorū uideatur, et deci,,
datur ut supra dictū est et di,,
cti dies non currant si steterit per Judicē quo minus di,,
cta causa cognoscatur, uel
decidatur, et ad substituendū
iudicē in morā sufficiat tri,,
na petitio facta p appellātē
et sit in potestate appellantis
app.re ad dnum gubernato,,
rem uel ad dominū Pote,,
statem, et eius Judicem.

De electione extimatorū et eorum salario.

.V.

Item q dictus Judex dā,,
norū datorū eligat et eli,,
gere debeat uel eligeatur
extimatores ad extimādū
dānū Ciuitatis, et comitatus
tpre suo durante officio quibus
detur iuramentū de fideliter
exercendo suū officiū qui ha,,
beat et habere debeat a uolen,,
tibus ipsos p eorū mercede unū
baiocchū p quolibet et quolibet
miliari et q dictū salariū de,,
beat habere antequā discedant
e ciuitate et debeat ipsū sa,,

larium solui postea p dãnũ da-
tis qui habeant plenã auctho-
ritatem extimãdi et eorũ
mẽtia ualeat et nõ possit ir-
ritari, et dictũ salariũ habe-
at ad instantiã dictorũ mi-
liariorũ et abinde citra duplũ
et sufficiat semper duo ad
extimanda dicta dãna et
et unus qui processerit de uo-
luntate partiũ quę extima-
tio debeat fieri antequ fera-
tur cõdemnatio, et ubi per
dictos extimatorẽs dãnũ non
esset extimabilẽ sufficiat ex-
stimatio unius q oĩ excep-
tione maioris cũ iuramẽ-
to dãnũ possit approbato per
iudicem.

libris actorũ publicorũ nec rogare
se de aliquo actu. sed dicti
notarij debeant facerẽ et no-
tarẽ oĩa, et q in dicto officio
dictus Iudex et notarij non
possint haber partem nec ali-
quod interesse, et dñus Gu-
bernator, siue Ciuis locũte-
nentis ultra cũ dñis cõserua-
toribus p tẽpre existentibus et
cõsilio duodecim habeãt eli-
gerẽ dictũ Iudicẽ et notos quos
amptor rprobarẽ nõ possit, et pr-
dicta locũ habeant qui officiũ
dãnorũ datorũ uendarẽtur et
alr p cõmune disponerẽntur
qui uero essent in manibus
Potestatis pr dicta locũ nõ habe-
ant.

De electione Iudicis et No-tarij dãnorũ datorũ.

.vi.

Item q Iudex siue offi-
cialis dãnorũ datorũ ha-
ber debeat unũ vel duos no-
tarios pub.cos qui habeant scri-
ber oĩa et singula acta di-
ctę curię et dictus Iudex nõ
possit nec ualeat scribere ex

De numero officialiũ, et cu-stodũ celatorũ.

.vij.

Item q officiales dãnorũ da-
torũ euntes ad accusan-
dũ non possint esse ultra nu-
merũ octo et totidem guarde
celate qui approbentur p dños
Cõseruatorẽs quibus et eorũ ac-
cusationibus, et rlationibus de-

tur plena fides, et nō possint re,
probare nisi per duos testes et
si acciderit ipsos ꝯprobare re,
cidant in pena viginti quinq̄
librarū denariorum cāmere cois appli,
candorū de facto exigendorū
p dictū Judicē et in priuatio,
ne officij et de stando in car,
ceribus siue in cathena ad
voluntatem Judicis p duos di,
es, et similiter eadem pena ut
si aliquā fraudem siue si,
moniam cōmiserint quocūq̄.
Qui omnes prenominati em,
ptor, Judex, et officiales te,
neantur stare ad sindicatū
et reddere rationē eorū offi,
cij ipsi et emptor sm formā
statutorū Urbisuete, et Judex
et officiales omnes teneantur
in principio anteq̄ admittā,
tur dare idoneos fideiusso,
res de stando ad sindicatū
et seruetur in passu forma
in custodia secreta, officiales
aut debeant ire bini atq si
solus esset cū uero teste.

Modus denūciandi p custodes
secretos. .viij.

Item q̄ denūptie fiende
p custodes celatos debe,
ant fieri hoc modo. v3. denū,
ptio et accuso talem quādam,
no et mense tali, et die ta,
li, ac tali hora diei in prima
hora post campanā diei ante
tertiam, et à tertia ante no,
nam, et à nona ante vespe,
ras, et à vesperis ante sonū
campane cois que pulsatur
de sero sicut tale damnum
itaq̄ oio specificetur dānū
et qualitas dāni et forma
in qua erat qui occupatum
de dāno et fiat dicta denū,
ptiatio infra tertiū diē postq̄
dānū fuerit cōmissū ipsa
diē dāni dati minime cō,
putata, et si aliter vel alio
modo, et tempore dicta denū,
ptio fieret nō valeat ipso
iure.

De iuramento prestando p
officialem qui accusis cu,
stodū celatorū ad instantiā
denūptiatorū.

.ix.

Item statuerunt, et or,

dinauerunt quod officiales dominorum siue officialis dominorum datorum teneantur et debeant siue te-neantur et debeant ad peti-tionem ipsius qui fuerit ac-cusatus ab aliquo siue ab aliqua persona tacite uel oc-culte palam uel quacumque sub-scriptione celate custodie et ab ipsa custodia celate soleni-ter iurare quod a custodia ce-lata et deputata signum de-nunciauit uel accusauit e-rat custodia ordinata et celata aperte illa qui fue-rit accusatus recte si accu-satus suo iuramento hoc celauerit contra facientes non possit assertum damnum dati uel eius bestias ad penam ali-quam cogere et intelligatur etiam de accusis bestiarum et hoc locum habeat in fu-turis contrariis non obstantibus.

Quod non credatur iuramento nun-tii custodis seu alterius mandatarii nisi fuerit cu-stos comunis.

.x.

Sacramento uel dicto a-liminus custodis uel nun-tii alterius uel procuratoris non credatur de introitu uel ali-quo facto uel damno contra for-mam statutorum per aliquam per-sonam uel bestiam nisi sit cu-stos communis et tunc secundum formam statutorum possit tamen predicta pro-bare per unum testem bone fa-me non suspectum accusato excep-tionabili cause uel aliud mo-dum probandi legitimum.

Unicuique liceat accusare.

.XI.

Itemque liceat unicuique accusare et denuntia-re et non habentibus interesse et credatur suo iuramento cum uno teste bone fame qui habeat et habere debeat tertiam partem pene alia applicetur domino rei et alia communi et alteri uel alio modo credatur nec fidem fa-ciat.

Quibus permittitur accusare.

.xii.

Itemque dominus laborator rei

sive pensionarius aut fictua,
rius possit et valeat de suis
possessionibus, laborerijs, fictis,
et pensionibus accusare in-
simper, et sine medio iuram^to
quibus credatur in omnibus
eorum accusis, tamen debeat poni in
causa mensis dampni illati per
similes accusatores excepto
de anno recepto, et ubi ipsi,
credo non credatur nisi pro quan,
titate quadraginta solidorum dum,
modo dictus accusator sit bone
conditionis et fame et non fue,
rit inimicus et habuerit ali,
quod interesse cum quo accu,
saverit in quo casu debeat
probari per unum testem et
hoc intelligatur de dampnis da,
tis personaliter in dampnis datis
vero cum bestijs accusa debe,
at probari per unum testem idoneum,
neum ultra iuramentum accu,
satoris et aliter non credatur et
eius accusa non possit contracta,
ri, et adhibeatur fides, ac si
probarentur per duos testes et semper
de dominio et possessione creda,
tur accusatori medio iuram^to do,
nec probetur contrarium et semper

dicti unius testis bone fame
et probationem damnorum da,
torum sufficiat.

Inquisitio fiat pendentibus
fructibus.

xiiij

Item statuerunt et ordi,
naverunt quod in dampnis
datis in fructibus bonorum stan,
tium, vel pendentium terrarum
vinearum, vel arborum et de col,
lectione ipsorum accusatio por,
rigatur, et inquisitio fiat in,
fra tempus quo alij fructus
eiusdem speciei, et maturi,
ai existant in ipsis bonis in
quibus diceretur dampnum datum
esse et accusatio vel inqui,
sitio aliter non procedat nisi fue,
rit extimatum dampnum penden,
tibus fructibus per extimato,
res deputatos infra viginti
dies a die dampni dati quo ca,
su possit procedi per duos ter,
tios menses post et non aliter
quecumque autem dampna commissa
infra duos menses ante offi,
cium precedentis officialis puni,
tur non fuerint dictus Judex

ea puniat ante vero dicti
tempus admisse puniri non
possit nisi officialis predictus
de illis cognoverit, et si eum
non habuerit quo minus pu-
niverit de quibus omnibus
cognosci possit et pena impo-
ni ut supra.

De pena non probantis accu-
sam.

XIIIJ.

Quicumque accusaverit ali-
quem de danno dato si-
ve de aliis que spectant ad
dictum Judicem et non proba-
verit condemnetur in vigin-
ti solidis denariorum, et nichilominus in
expensis et interesse declar-
randis iuramento accusati
taxatione Judicis precedente
que omnia infra triduum solve-
re accusator sive acusator compellatur exceptis guar-
dianis, dominis, et posses-
sore rei in quibus servetur ut dictum est et siqui-
os eam scriptoriam seu falsam
accusam sive inquisitionem
porrexerit puniatur vice
qualibet in vigintiquinque
libris denariorum et si predictam pe-
nam non solverit condemna-
tus infra terminum per iudi-
cem assignandum possit di-
ctus falsarius vel calumniator
tenerari in carceribus pe-
nere per mensem prout de ipsi-
us Judicis processerit voluntate
talis inspecta qualitate per-
sone et rei in qua falsitas
est comissa.

De Juramento noviter pre-
stando per custodes in con-
danipniis.

XV.

Iurent custodes, et qui-
libet ipsorum denuo quod
denuntiationem faciunt ipsi
vel aliquis eorum quod sit ini-
micus vel odiosus illi quem de-
nuntiat ex causa alicuius
offense gravius vel cuiusque
levis vel ex causa alicuius
questionis quam simul habe-
rent vel habuerint in iu-
dicio Civili vel Criminali
iudex potest vel eius notarius
sive de predictis subtiliter

investiget

inuestiget à custode et ipso,
et aliquo modo ipsum corripere,
dere odiosum uel inimicum nol,
lam fidem adhibeat nisi quan,
to denuntiationem probaret si
uero contingat denuntiato
specificare de nota custodis
et cum uelit inimicum uel odi,
osum probare detur ei licentia
probandi, et si uelit probare
custodem mentitum probet
quibus omnibus uel altero
eorum si denuntiatus legitime
probauerit intelligatur di,
ctum custodem esse reprobatum
et iudex amplius dictum no,
mine teneat in secreto sed
custodem publice condemnet
in uigintiquinque libris den.
et ab officio custodie repellat
et perpetuo sit infamis.

De exceptionibus, et excusati,
onibus admittendis.

.XVJ.

Defensiones exceptiones
et excusationes bone
et in quolibet casu cuiuslibet
capituli per dictum Judicem reser,
uentur cuilibet inquisitio
in nostra curia cum maxime ubi
in aliquo capitulo imponitur pe,
na intrantibus, et damnum danti
in re et super re alterius ex,
cusetur à pena intrantibus si
intrasset de licentia domini uel
generi laboratoris, et similiter
eliciatur predictorum à pena d
damni dati uel incisione ex,
cusetur si de licentia domini rei
damnum dedisset, uel incisionem
fecisset saluo quod de licentia la,
boratoris possit quilibet colli,
gere de uuis uel fructibus
ipsius rei moderate quemadmo,
dum et ipse laborator et de pre,
dictis licentiis stetur iuramento illorum
qui dictas licentias dare pos,
sunt quod predicta uero nulla
in preiudicium locum quorum contine,
tur in capitulis de pena dissi,
pantis rem, uel incidentis
arborem comunem, et si quis
intrarit cum domino rei, uel labo,
ratore in possessiones non te,
neatur ad aliquam penam.

Quomodo debeant dari li,
centie.

.XVIJ.

I tem q licentię dandę
in damnis datis cu be,,
stijs nō possint dari nisi per
proprios dnos rei et q de licē,,
tijs humoi appareat scriptu,,
ra manu pub.ci notarij aut
partiu, aut manu cuiuscumq
alterius, uel p iuramētū dni
cū uno teste iurante datā
fuisse licentiam ante dānū
illatū et aliter uel alio modo
dictę licentię darentur nō
ualeant et q dictę licentię
sint libere sine aliqua re,,
seruatione et pacto idem
modus et forma seruetur i
conditionibus fiendis de ui,,
bis tribus et fructibus aliar
et possessionū aliar siluarū
et stipular siue ultor de
quibus omnibus appareat
et apparere debeat scriptu,,
ra aut iuramentū dni ut
dictū est aliter nō ualeat in
dānis uero datis personali
dnus, laborator, pensiona,,
rius, siue soccius, et fictua,,
rius unusquisq ipsor diuin,,
ctim et de per se possit, et pos,,
sit dare licentiam ipsam uo,,
lentibus, et petentibus libera,,
liter sine aliqua reseruatio,,
ne, et de dicta licentia da,,
ta credatur iur.to eor, et cui,,
libet ipsor que licentię et
conditiones humoi nō durat
nisi tempore illius Iudicis.

Quod possit procedi de simi,,
libus ad similia, et p quos de,,
bet fieri similitudo.

.XVIIJ.

O mnia, et quęcumq dā,,
na sup quibus nō est im,,
posita pena et ubi simile nō
inueniretur tunc puniri
debeant arbitrio dicti dni
Iudicis pro ut et sicut meli,,
us et sine fraude poterit ada,,
ptari, que similitudo debet
fieri per dictū Iudicem unā
cū Iudice potestatis.

De parte officialium et do,,
mini rei.

.XIX.

I n omnibus et singulis pe,,
nis exigendis de dam,,
no dato, et condemnationibus
pecuniar ipsar et ex inquisi,,

sitionibus, accusationibus, et custodibus celatis et querelis tertia pars ōō sit dn̄i rei cū, nā ī amendatione damni ſiue custodis calāt ꝗ accusato, ris, siue officialis accusantis et residuū applicetur cōi siue cui ius suum cōcesserit cō, mune et ꝗ dn̄i rei semper possint de rebus liquidis et sententiatis petere partem sibi applicatam unā cū emē, datiōne dāni declarati, et emptor huiōi dānoꝝ dato, rū teneatur et debeat fa, cere resarcire dāna dānū passis et penā eisdem tan, gentem antequā recipiat par, tem sue pene sub pena dicto officiali cuiuslibet daꝝ duo, decim denāꝝ applicā doꝝ cō, mun cōis Urbisueteris pro quali, bet uice fuerit repertus cō, trafaciens.

Quod in poss͠s affiniū nulla sit pena inter eos nec in consortios.

.XX.

Item ꝗ in possessione cō, finiū, et cōsanguineoꝝ usq̄ in tertiū gradū sm̄ iūs cano, nicū cōputandū inter eos cōsanguineos, et affines, ac eoꝝ cōsortios de dāno dato et incisitu possessionū nulla sit pena nisi processerit de uoluntate dnoꝝ posses, sionū.

Quando sunt plures dn̄i unius rei.

.XXI.

Item ꝗ qn̄ cōtingerit ꝗ duo vel plures fuerint dn̄i unius rei uel habue, rint interesse cōmune uel pro aliqua parte, et una ipsaꝝ partiū uellet dānū dantem accusare uel ac, cusari facere generalr̄ de omnibus dānis datis quod dānū dātī teneatur solue, re penā pro rata domini sui ad penā tangentē dn̄o nō obstante ꝗ aliquis ipsorū habētiū interesse cōtrariū diceret ꝓ interesse suo uerū ꝓ decemē, datione dāni unusquisq̄ possit dm̄a, tā sua fuer͠ quā ꝓ rata sua.

Quis de familia possit accusare, et facere inquisitiones

.xxij.

Item quod plures familias et unusquisque de familia habens quatuordecim annos et abinde usque de bonis patris, et suorum auctorum tam paternorum quam maternorum possit et valeat inquisitiones et accusationes facere si alter ab eorum patre vel maioribus sive principalibus non fuerit inhibitum, et prohibitum.

Unus testis bone fame.

.xxiij.

Item in omnibus et singulis accusationibus, inquisitionibus, denumptijs, et querelis dannorum datorum ad probandum eas sufficiat unus testis bone fame non habens interesse cum iuramento damni passi.

Non condempnabitur in introitibus cum damno dato.

.xxiiij.

Item quod introitus possessionum cum danno dato in fructibus non condempnabitur nec etiam habita sed de uno quam tam introitu quam de danno dato puniatur committens secundum formam statutorum de materia loquentium dummodo ex eodem delicto seu casu non puniatur nisi una pena et hoc locum habeat in dannis datis personaliter tantum.

Quando in una possessione sunt varij fructus.

.xxv.

Item quod quando in una et eadem possessione sunt varij fructus, ut puta granum, ordeum, spelta, vel alij fructus eiusdem generis eiusdem domini continuati non possit accusari nisi de una specie ipsorum fructuum et quis non possit condemnari nisi pro una accusa eodem die tantum et eas personas et pro eisdem bestijs nisi fuerit intervallum temporis inter adamenlationem danni tenebitur de omnibus fructibus cuiuscumque qualitatis.

Quis possit denuptias, et accusas, et inquisitionem facere.

.xxvj.

Item q dnus rei, socius laborator, pensionarius, fictuarius, et unusquisq coniunctim et deperse possint et possit facere inquisitiones, denuptiationes, et querelas altero ipsorum extendi cente nõ obstan.

Qui admittantur in testes.

.xxvij.

Item q famulis, socijs, et laboratribus consanguineis, et affinibus dnorum possessionum, laboratorum, fictuariorum, et pensionariorum ad probandũ dannũ datũ in possessione predictorum si sunt bone fame, et etatis quatuordecim annorum credatur et in testes admittantur, Consanguinei et affines tn non admittantur nisi ultra secũdũ gradũ et predicta locũ habeant ubi pena veniret imponenda a quinquaginta libris infra abinde vero supra testis sit omni exceptione maior.

De pena negantiũ nomina suorum.

.xxviij.

Item q si aliquis repertus fuerit dare dañu personaliter et cũ bestijs vel portaret aliquod contra formã presentiũ statutorum, et nomen suũ negaverit, et unũ pro alio officiali dederit vel dixerit quomodocunq incidat in penã decem librarum de facto auferendã sine aliqua diminutione per dictum Iudicem.

Quis possit vendere pasturas.

.xxix.

Item q laboratores possessionum alicuius rei nisi sint fictuarij detractis primis fructibus nõ possint vendere pasturam secundorum fructuũ. vz. herba siue spicatum ultarum, vive silvarum. sed solũ et dũtaxat

pertineat ad dños ueros rei pos, sit tn̄ laborator despicatio petere partem sibi tangētē à dño rei et similit dicti laboratores nō possint uendere palaā nisi pro rata sua.

XXVIII.

Quod dñi teneantur facere comparere famulos ad testificandū.

·XXX·

Item q̄ dñi pecorū famulorū, bubulcorū, uaccariorū, sciattorū, et cuiuscūq̄ noīe censeantur, teneantur ad petitionem dicti officialis facere cōparere dictos suos famulos in termino quindecim dierū à die inquisitionis siue citationis alīs dicti dñi teneantur ad penā et emēdationē damni illius rei, quę rele, accuse, siue denūptię pro quibus sunt inquisiti et pro eorū bestijs omnibus, et cuiuscūq̄ gn̄is sint et q̄ in damnis datis personaliter cōmissis factis et perpetratis p̄ dictos famulos dñi nō teneantur pro eis nisi pro salario sibi debito postq̄ eidē fuerit per Judicem sequestratū q̄ retinere debeat pro curia et dāno passo, et q̄ testes teneantur sine aliquo salario cōparere ad testificandū sub dicta pena, et alijs sibi imponendis p̄ dictū Judicem usq̄ ad triginta solidos.

De Baiulis debendis officiali damnorū datorū.

.XXXI.

Item q̄ cōmunitas debet et assignare debeat dare et nominare dicto Judici duos Bayulos quibus datur plena fides: v3. unū in Ciuitate alterū uerò in comitatu quibus dictus Judex teneatur, et debeat dare dictis bayulis mediū florenū pro quolibet mense, et residuum teneatur cōmunitas dictis bayulis soluere.

De libro officij dānorū datorū.

XXXII

Item q̄ finito officio dicti officialis siue emptoris

debent ipsi officiales relaxare librum publicatum tamen ipsis in loco in quo ipse emptor possit semper habere copiam et extractum omnium sibi debentium sive religiosi priores, et quorumcumque denariorum debitores sive debitoris occasione dannorum datorum tempore officii dicti Judicis sive emptoris exigantur per dicto iudice, et emptore, et habeant terminum unius anni post finitum officium ad exigendum et nullatenus possint demittere in spacello reliqui, an debent remanent comuni excepto interesse dni rei tamen pene quam danni, et hoc locum habent in preteritis de tempore.

Quod officiales dannorum datorum possint ferre arma extra civitatem tamen.

.xxxiij.

Item quod omnes officiales dannorum datorum, et emptores dicti officii possint ferre arma pro eorum defensione honeste tamen sine aliqua pena extra civitatem tamen.

Quando possint excombi
accusas, et inquisitiones:

.xxxiiij.

Item quod accusationes, et inquisitiones facte vel fiende per particulares personas possint semper quandocumque extradi ante sententiam solutis prius decem solidis dicto officiali, et hoc non habeat locum in inventionibus officialium dannorum datorum et accusis cum bestia celatorum.

Quando dannum datum non potest accusari.

.xxxv.

Item quod inhabitantes habitantes cuiuscumque generis dannum dederint quicumque et quatrocumque et dannum sive alius qui teneretur ad penam de predictis dampno venerit ad dominum rei ubi fuerit datum dannum infra quatuor dies a die dati damni, et dominus predicto danno predictis notificant et cum domino possessionis et fuerint in concordia, et infra mense satisfecerit in effectu quod dicto

et eo casu dictum dampnedur, seu nõ poterit nec ad aliquã penã teneatur nisi prius ut pedem fuerit accusatus vel incompletus per officiales dãnorũ datorũ siue custodes calaterij.

De quibus locis nõ possit accusari.

.xxxvi.

Item q nullus possit accusari nec aliquẽ habere possint accusari de introitu terr siue caporilis nec de episcopalis inquibus nõ essent aliqui fructus exceptis stratis siluarũ et alijs statutis in quibus pascua fuisset prouisũ nisi dñi prohibuerint quo casu sit pena sicut in pratis comprehensũ pro vetito.

Quod minores duodecim annorũ teneantur ad medietatem pene.

.xxxvij.

Item q minores duodecim annorũ usq ad decem annos teneantur ad mediam penam, sed a decem usq ad octo annos teneantur ad quartam partem pene, ab inde vero infra nõ teneantur ad aliquam penã nisi ad emendationẽ dãni et hoc intelligatur de dãnis datis personaliter hñ.

Proximiores conuicini.

.xxxviij.

Item q si aliquod dãnũ vel dãna darentur in possessionibus vel bonis dominorũ Ciuitatis habitantiũ quocunq tpre in bestijs, iudex dãnorũ datorũ qui pro tpre fuerit teneatur vinculo iuramenti facere inquisitionẽ ad petitionẽ cuiuslibet petentis ad inueniendũ quis dicta dãna dederit, et si malefactor inueniatur puniat et dãnũ emendari faciat et si nõ inueniatur malefactor emẽdari faciat dicta dãna a quatuor hoĩes pximiores conuicinos dicte possessioni pra-

ticantes per

ticantes per unã hebdogma, da ante circa dictã possessio, ne cũ suis bestijs, sed ut tene, antur ad aliquã penã et tam de dominio q. et de damno dato, et de omnibus supradictis stetur sacramẽ, to eius qui dixerit suas esse possessiones vel bona in qui, bus dicta dãna data fuerint et q̃ dictus Iudex teneatur in contrauenti dicta dãna fa, cere emendari sine strepi, tu et figura Iudicij omnibus solemnitatibus iuris et sta, tutorũ prtermissis.

Quomodo debeant diuidi penę exigendę in dicto officio.

.XXXIX.

Item ordinauerunt, et presenti ordinamento firmauerunt q. si officialis d, putatus sup. dãnis datis inue, niret aliquã ex bestijs vel animalibus supradictis ex presentes in superioribus capi, tulis intrare vel dãnũ dar in bonis superius declaratis vel aliquo eorũ qui de omni, bus inuentionibus prdictis mo, do factis habeant et lucrentur tertiam partem penę tertiam partem habeat cõmune dicte Ciuitatis Vrbisuetę reliquã uero tertiam partem habeat dñus rei, et q. dictus officia, lis de et sup ipsis inuẽtioni, bus per eũ factis cõtra delin, quentes in prmissis inuẽtos possit, et ualeat procedere sũmarie simplr et de plano sine strepitu, et figura Iudi, cij, et absq. aliquo processu cõ, stito sibi durante cõpellere et cõstringere possit dãnum dantes absoluendũ penam in qua ueniunt puniendę solũ et dũtaxat prlata bulle, cta nullo sup hoc facto ordina, to sine formato processu siue sentẽa aliqua inde sequta nõ obstantibus quibuscumq. sta, tutis, reformationibus, et or, dinamentis dicti cõis in cõ, trariũ disponentibus quę in, quantũ ad hoc decreuerunt et uoluerunt penitus esse cas, sa et nullius esse ualoris

efficacie, roboris vel momen-
ti et ipsis statutis reformati-
onibus, et ordinamentis per
presentem ordinationem, et deli-
berationem voluerunt, et de-
creverunt esse specialiter dero-
gatum licet de ipsis in presenti
ordinamento nulla mentio
habeatur dummodo denunti-
atio, vel accusatio assigne-
tur terminus ad faciendum
suas defensiones ut supra.

Beneficium confessionis.
.xxxx.

Item deliberaverunt, et
ordinaverunt, et per presentem
ordinationem, et deliberatio-
nem et decretum ad amputan-
dum cavillationes, et dilatio-
nes et suffragia damnum dan-
tium quod si quis accusatus, in-
quisitus, vel denuntiatus fuerit de
damnis datis per eum vel suis be-
stijs factis et comparuit coram
officiali damnorum datorum et sponte
et simpliciter confessus fuerit se
damnum dedisse per beneficium
talis confessionis remittatur si-
bi quarta pars pene in qua
venisset puniendus ex tali dan-
no dato et secuta tali confessio-
ne ut predicitur prefatus offici-
alis damnorum datorum compellere pos-
sit, et valeat talem sic confi-
tentem damnum dati predictum
ad solvendum dictas reliquas tres
partes dicte pene de facto solum
et dumtaxat per solum bullectam
nulla super his condemnatione se-
quuta vel lata non obstantibus
quibuscumque statutis, reformationi-
bus, vel ordinamentis dicti
communis in contrarium disponentibus
quibus, et cuilibet eorum per hanc
ipsorum deliberationem derroga-
verint expresse, et ipse quo
ad hoc revocaverit decer-
nentes ex nunc esse nullius va-
loris, efficacie, roboris, vel mo-
menti, omni meliori modo
via iure et forma quibus
magis et melius fieri potest
et debet, et predicti statuti
non vendicet sibi locum in dam-
numpnis que fierent per
officiales damnorum datorum
et custodes secretos.

De licentia danda per offici-

aliis dannorum datorum.

. XXXXI .

Item statuerunt et ordinauerunt quod ille qui emet officium dannorum datorum teneatur et debeat dare licentiam sine aliquo premio omnibus et singulis volentibus portare fructus factos et non factos de eorum et cuiusque possessionibus propriis vel sibi quomodolibet conductis dummodo iurent se portaturos de dictis possessionibus, et non de aliis, et casu quo dictus officialis recusaret dare licentiam ut supra magnifici domini conservatores qui pro tempore fuerint possint et debeant dare licentiam ut supra sine aliquo premio.

Quod Bayuli dicti Communis teneantur obedire dicto officiali dannorum datorum.

. XXXXII .

Item simili modo statuerunt, et ordinauerunt et reformauerunt quod omnes bayuli communis Urbisueteris teneantur et debeant parere officiali dannorum datorum et obedire aliis officialibus dicte Ciuitatis et si officialis predictus vellet in bayulum unum eius famulum Commune debeat eum approbare in bayulum sine aliqua expensa Communis et expensis officialis predicti saluo alio capitulo loquente de bayulis non debendis.

De pena non obedientium officiali dannorum datorum, et quomodo debeat diuidi dicta pena.

XXXXIII.

Item statuerunt et ordinauerunt quod officiales dannorum datorum habeant auctoritatem precipiendi omnibus, et singulis delinquentibus, et inobedientibus circa eius officium dannorum datorum eos pignorando, grauando, exigendo, seu grauari et exigi faciendo et penam imponendo usque in quantitatem decem solidorum pro quolibet contrafaciente et qualibet vice semel tantum in die de qua pena inobedientium

tertia pars sit officialis, et re-
liquae duae partes applicentur
com. Urbisueteris in aliis aut pe-
nis seruari debeat forma
habita et etiam in omnibus damnis
datis ubicumque committendis
tam in ciuitate quam extra, et
etiam in comitatu possit pro-
cedere officialis damnorum dato-
rum, si prius peruenerit alius
officialis comitatus, uel si di-
cti officiales peruenerint ipsi
possint procedere et inter
eos habeat locum preuentio id est
qui prius inuenerit dam-
num dantes in comitatu.

Quod pignora deponantur
apud tertium eligendum.
.xxxxiiij.

Item simili modo statu-
erunt et ordinauerunt
quod officiales damnorum datorum om-
nia et quaecumque pignora quae
quolibet acciperet tali occasi-
one damnorum datorum quam inobedi-
entiae teneatur et debeat de-
ponere apud quemdam tertium
eligendum per magnificos dominos conser-
uatores pro tempore existentes

et non possint ea uendere neque
de eis aliquid facere, et di-
sponere nisi dappo mense a
die quo fuerint deposita et
si dicta pignora uendarentur
plus quam sit quantitas pro
qua accepta sunt teneantur
dicti officiales dari facere
dominis dictorum pignorum sub pena
dupli pro quolibet et qualibet
uice quae per eos contrafacta
fuerint applicanda camere
communis Urbisueteris.

De executione fienda per offi-
ciales Potestatis.
.xxxxv.

Item simili modo statu-
erunt, et reformauerunt
quod de predictis omnibus, et sin-
gulis Potestas dictae Ciuitatis qui
pro tempore fuerit, et eius curia
teneatur facere executionem
de omnibus damnis sibi datis
in extractis publicis manu no-
tarii de commissione Iudicii di-
ctae curiae ad petitionem officialis
damnorum datorum, et si non fecerit
teneatur, et debeat dicto offi-
ciali damnorum datorum ad inter-

esse, et tantidem retineabur de salario Potestatis omni meliori modo.

De loco iu[ri]s reddendi.

.XXXXVI.

Item statuerunt, et ordinauerunt, ac reformauerunt ut officialis dannorum datorum possit, et ualeat officium suum in loco deputato et congruo exercere, q[uod] dicto iudici siue officiali dannorum datorum assignetur stantia congrua in qua possit ius reddi unicuiq[ue] expensis communis.

Communanantia.

.XXXXVII.

